5. Mermis Scarabaei Stercorarii *DIESING.*

Longit. vix 1".

Trichina spiralis? *Siebold*: in *Wiegmann's* Archiv. 1838. I. 312. (Scarabaei).

Habitaculum. *Scarabaeus stercorarius*: ad curvaturam intestinorum et in superficie trachaearum, vesicula plerumque inclusa solitaria (*Siebold*).

6. Mermis Blattae orientalis *DIESING.*

Corpus utrinque attenuatum, ad latus uniplicatum. *Caput* truncatum nodulis 4 cinctum. Longit. 5—7".

Filaria rytipleurites *Deslongchamps*: in Encyclop. méthod. (Zoophytes) II. 396.

Habitaculum. *Blattae orientalis* larva: in cavo abdominis vesicula singulatim inclusa (*Deslongchamps*).

7. Mermis Mantidis religiosae *SIEBOLD.*

Corpus fusco-brunneum, extremitate caudali breve acuminata. Longit. ...

Digitized by Google

Mermis? Mantidis religiosae *Siebold*: in Stett. entom. Zeit. 1848. 297.

Habitaculum. *Mantis religiosa;* Mus. Freiburg.

8. Mermis Barbitistidis autumnalis *SIEBOLD*:

in Stett. entomol. Zeit. 1850. 5.

Habitaculum. *Barbitistes autumnalis*: in abdomine (*Siebold*).

9. Mermis Decticei brevipennis *SIEBOLD*:

in Stettiner entom. Zeit. 1850. 5.

Habitaculum. *Decticus brevipennis*: in abdomine (*Siebold*).

10. Mermis Gomphoceri viridulli *SIEBOLD*:

in Stett. entomol. Zeit. 1850. 6.

Habitaculum. *Gomphocerus viridulus*: in abdomine (*Imhof*).

11. Mermis Gomphoceri elegantis *SIEBOLD*.

Charpentier: Hor. entomol. 153.
Mermis Gomphoceri elegantis *Siebold*: in Stett. entom. Zeit. 1850. 6.

Habitaculum. *Gomphocerus elegans*: in abdomine (*Charpentier*).

12. Mermis Notodontae Dromedarii *SIEBOLD*.

Lyonnet: Anatomie des diff. espèces d'Insect. in Mém. du Mus. d'hist. nat. Tom. XX. 31. Tab. 37. (3) Fig. 15.
Mermis Notodontae Dromedarii *Siebold*: in Stett. entom. Zeit. 184. 298.

Habitaculum. *Notodontae Dromedarii* larva: in abdomine (*Siebold*).

13. Mermis Chironomi *SIEBOLD*:

in Stettiner entomolog. Zeit. 1848. 299.

Habitaculum. *Chironomi speciei incertae* larva: in abdomine (*Siebold*).

14. Mermis Simuliae reptantis *SIEBOLD*.

Corpus pallide-viride apice caudali acuminatum. Longit. 9—10".

Digitized by Google

Mermis Simuliae reptantis. *Siebold*: in. Stett. entom. Zeit. 1848. 299. 300.

Habitaculum. *Simuliae reptantis* larva: in abdomine (*Siebold*).

15. Mermis Micryphantidis bicuspidati *SIEBOLD.*

Corpus albidum, retrorsum attenuatum. Longit. ...

Mermis Micryphantidis bicuspidati. *Siebold*: in Stettin. entom. Zeit. 1848. 296.

Habitaculum. *Micryphantes bicuspidatus;* Aprili (*Siebold*).

16. Mermis aquatilis *DIESING.*

Corpus album subaequale, extremitate caudali attenuata, mucrone arcuato. Longit. 3—4‴.

Filaria aquatilis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 68. Tab. III. E. (caput).

Habitaculum. Inter folia *Nympheae;* Remi (*Dujardin*).

17. Mermis lacustris *DIESING.*

Corpus pallide-roseum, antrorsum sensim attenuatum, extremitate caudali conica, mucrone obliquo brevi. *Caput* obtusum angulare. Longit. 5‴; crassit. $\frac{1}{25}$‴.

Filaria lacustris *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 68. Tab. III. F. (caput).

Habitaculum. Inter folia *Nympheae;* Remi (*Dujardin*).

Genus inquirendum.

III. SPHAERULARIA *DUFOUR.*

Corpus filiforme, utrinque rotundatum, sphaerulis vesiculaeformibus undique granulatum.

1. Sphaerularia Bombi *DUFOUR.*

Corpus filiforme albidum pellucidum, utrinque obtusum rotundatum. Longit. 6—8‴.

Sphaerularia Bombi *Léon Dufour*: in Annal. des sc. nat. 2. série VII. 9. Tab. I. *A.* 2. – *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1838. I. 305. et II. 297.

Habitaculum. *Bombus terrestris* et *hortorum*: in abdomine (*L. Dufour*); ibidem in *B. muscorum* et *sylvarum* (*Siebold*).

Digitized by Google

SUBORDO II. PROCTUCHA.

Ano instructa.

TRIBUS II. AGAMONEMATOIDEA DIESING.

Nematoidea *Rudolphi* partim.

Corpus capillare v. filiforme, elasticum, cavum, albidum, transparens v. opacum. *Tractus* cibarius proprius simplex liber, ano stipatus. *Organa* genitalia nulla. — *Propagatio* in hoc saltem statu nulla. *Animalium* vertebratorum, praeprimis piscium, endoparasita, excepto tractu intestinali, in organis variis obvia, vesicula seu capsula inclusa, rarius libera.

Organorum genitalium defectus disquisitionibus anatomicis confirmatus (*Creplin*) *).

IV. TRICHINA *OWEN*.

Cysticercus *Hilton*. — Filaria *Auctorum*.

Corpus teretiusculum capillare. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale nudum. *Endoparasita* praeprimis inter musculos mammalium vesicula inclusa.

1. Trichina spiralis *OWEN*.

Corpus in spiras 2—3 tortum, retrorsum sensim angustatum, extremitate caudali rotundatum. *Caput* obtusatum. Longit. corp. $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$'''; vesic. $\frac{1}{5}$—$\frac{1}{4}$'''.

Tiedemann: in *Froriep's* Notizen. 1822. I. 64. (vesiculae).
Cysticerci spec. *Hilton*: in London. Medic. Gazett. 1833. Feb. 605.
Trichina spiralis *Owen*: in Transact. of the Zoolog. Societ. of London. I. Part. IV. 315—324. Tab. XLI. 1—9.; *Froriep's* Notiz. XIVL. 242. — Isis 1837. 236. Tab. II. 1—9. — *Wood*: in London. Medic. Gaz. Juni 1835. — *Froriep's* Not. XVL. 74. — *Farre*: in London. Medic. Gaz. Decemb. 1835. 385. et *Froriep's* Notiz. XVIIIL. 5. Fig. 4—7. — *Henle*: in *Müller's* Arch. 1835. 528. in nota. — *Dieffenbach*, *Fricke u. Oppenheim*: in Zeitsch. f. d. gesammte Medic. 1836. II. 1. Heft. — *Knox*: in Edinburgh. medic.

*) *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. 1. Sect. XLIV. 173. et var. *a. i.*

Digitized by Google

and surgic. Journ. 1836. 91. — *Harrison*: in L'Inst. N. 148. 30. — *Hodgkin*: Lectures on the morbid. of the serous and mucous membranes 1836. — Idem: in Medico-chirurgical review. new series N. 52. Ap. 1837. 325. — *Owen*: in *Todd* Cyclopaed. of Anatom. and Physiol. X. 114—115. Fig. xylog. 53—55. 1837. — *Leblond*: in *Bremser*: Vers. intest. trad. par *Grundler* Nouv. Atlas. 30—36. Tab. XII. 1—8. 1837. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1837. II. 255. et 1838. II. 294. — *Kobelt*: in *Froriep's* N. Notiz. XIII. 310. — *Nordmann*: in *Lamarck* Anim. s. vertèb. 2. édit. III. 670. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1841. 2. 294. — *Valentin*: Report. f. Anatom. u. Physiol. 1841. 194. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 293. — *Svitzer*: in Bibliothek for Laeger. Copenhagen. 1843. 2. 336. et in: *Schleidens* et *Froriep's* Notiz. III. Reihe II. (1847.) 194—204. Fig. 13. 21.

Trichina spiralis *Bischoff*: in Heidelb. Mediz. Annal. VI. 232. et 485. c. icone.

Habitaculum. Homo: in vesicula minima elliptica utraque extremitate elongata attenuata, plerumque solitarie, rarius bina, rarissime terna inclusa; praeprimis in musculis voluntariis, rarius involuntariis per totum corpus disseminata. — M. C. V. (a cl. *Owen* commun.)

Vesiculae probabiliter primo a cl. *Tiedemann* anno 1822 visae; animalcula deinceps a cl. *Hilton* et *Wormald* anno 1833, serius in Anglia et Scotia (*Paget* et *Knox*), Germania (*Kobelt* et *Bischoff*) ac Dania (*Mönster* et *Svitzer*) observata.

Species inquirendae.

2. Trichina affinis *DIESING.*

Longit. corp. vix 1‴; vesic. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$‴.

Trichina spiralis? *Siebold*: in *Wiegmann's* Archiv. 1838. I. 312. (vermiculus e scarabaeo exemptus).

Trichina spiralis *Leidy*: in Annal. and Mag. of nat. hist. 1847. 358.

Habitaculum. *Sus Scrofa dom.*: ad extensores cruris, Philadelphiae (*Leidy*). — *Vespertilio auritus* et *Noctula*. — *Strix Bubo*, *Otus* et *flammea*. — *Cypselus Apus*. — *Lanius minor*. — *Sylvia rubecula*. — *Vanellus cristatus*. — *Numenius arquatus*. — *Larus fuscus*, *ridibundus* et *argentatus*: sub peritoneo et pleura, plerumque solitaria, vesicula inclusa (*Siebold*).

3. Trichina Lacertae *DIESING.*

Corpus microscopicum.

Digitized by Google

Filaria Lacertae *Rathke*: in *Wiegmann's* Arch. 1837. 1. 335. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encyclop. I. Sect. XLIV. 177.

Trichina spiralis? *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1839. I. 312. (Lacertae).

Habitaculum. *Lacerta agilis*: in embryonis cerebro (*Rathke*); sub peritoneo vesicula inclusa, plerumque solitaria (*Siebold*).

4. Trichina Anguillae *BOWMAN.*

Longit. corp. $\frac{1}{4}$'''.

Trichina Anguillae *Bowman*: in Philosoph. Transact. 1840. I. 480. Tab. XVII. 41—45. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. VII. 3. 296.

Habitaculum. *Anguilla vulgaris*: in vagina tubulosa musculorum ultra 100 (*Bowman*).

5. Trichina Cyprinorum *DIESING.*

Longit. ...

Filaria? *Valentin*: Rep. f. Anatom. u. Physiol. VI. 53. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1842. II. 342.

? Filaria piscium *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 61.

Habitaculum. *Tinca chrysitis*, ad mesenterium, folliculo inclusa v. libera (*Valentin*). — *Leuciscus erythrophthalmus* et *Idus*. — *Cyprinus Carpio*: ad peritoneum, vesicula inclusa (*Dujardin*).

Nota. Hujus forsan loci Haematozoa, nomine Filariarum sanguinis a *Gruby* et *Delafond* *) aliisque inter globulos sanguinis Canis observata; nec non Anguillula intestinalis *Valentin* **), inter globulos sanguinis vasculorum capillarium pedis et in plexu choroideo ventriculi quarti Ranae temporariae reperta.

---

*) *Gruby* et *Delafond*: in Comptes rendus de l'Académ. des sciences 30. Jan. 1843. et Avr. 1844. et in Gazette médic. de Paris 1844. Nr. 16. — Oesterr. medic. Wochenbl. 1844. N. 38. — *Froriep's* N. Notiz. XXV. Nr. 15. et XXX. Nr. 7. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 47. (Haematozoaire). — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encyclop. I. Sect. XLIV. 177.

**) *Valentin*: De funct. nerv. cerebr. et nerv. sympath. 1839. 101. et 144.

Digitized by Google

V. AGAMONEMA *DIESING.*

Gordius *Linne.* — Ascaris *Gmelin.* — Cucullanus *Fabricius.* — Capsularia et Fusaria *Zeder.* — Filaria *Rudolphi* - Filocapsularia *Deslongchamps.*

Corpus filiforme subaequale. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale orbiculare nudum v. papillosum. — *Endoparasita* piscium, in organis variis excepto tractu cibario, vesicula s. capsula inclusa, rarius libera.

1. Agamonema bicolor *DIESING.*

Corpus gracile, antrorsum attenuatum, albidum, reliqua parte badium, extremitate caudali brevissima, subcylindrica truncata. *Caput* obtusum postice nodulosum. Longit. corp. ad 1".

Filaria bicolor *Creplin*: Obs. 4—5. et in: *Ersch* et *Grub.* Encyclop. 1846. Sect. I. XLIV. 173. et in: *Wiegmann's* Arch. 1846. 150. 154.

Habitaculum. *Perca fluviatilis*, Martio. — *Acerina vulgaris*, Februario et Julio. — *Osmerus Eperlanus*, Octobri. — *Lota communis.* — *Gasterosteus aculeatus*: ad peritoneum singilatim in vesicula, Gryphiae (*Creplin*).

2. Agamonema papilligerum *DIESING.*

Corpus antrorsum attenuatum, pone caput papillis quatuor cinctum. Longit. ...

Nematoideum dub. Scombris Scombri *Rudolphi*: Synops. 195. et 566.
Filaria papilligera *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encyclop. 1846. Sect. I. XLIV. 173.

Habitaculum. *Scomber Scombrus*: in peritoneo, Neapoli (*Otto et Rudolphi*). — *Gasterosteus aculeatus*, Augusto, Gryphiae (*Creplin.*)

3. Agamonema Capsularia *DIESING.*

Corpus gracile, antrorsum attenuatum, extremitate caudali obtusa cum acumine. *Os* orbiculare marginatum. Longit. corp. $\frac{1}{2}$—1".

Gordius marinus *Linne*: Syst. Nat. ed. XII. 1075. Nr. 4.
Gordius Harengum *Bloch*: Abhandl. 33. Tab. VIII. 7—10.

Digitized by Google

Ascaris Harengum *Schrank*: Verz. 9.
Ascaris Halecis *Gmelin*: Syst. nat. 3037.
Cucullanus Halecis *O. Fabricius*: in Dansk. Selsk. Skrivt. III. 2. 33—35.
Capsularia Halecis *Zeder*: Nachtr. 13. Tab. I. 1—6. et ej. Naturg. 56. Tab. I. 7.
Filaria capsularis *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 2.; ejus Synops. 6. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 278. et XLIV. 173.
Filocapsularia communis *Deslongchamps*: in Encyclop. Méth. (Zoophyt.) II. 399. (Halecis).
Ascaris capsularia *Bellingham*: in Annal. of nat. hist. XIII. 172.

Habitaculum. *Clupea Harengus*: inter viscerum, praesertim hepatis, tunicam internam complicata; saepe gregarium (*Bloch*, *O. Fabricius*, *Zeder*, *Rudolphi* et pl. a) — *Belone Acus*: ad peritoneum, Gryphiae (*Creplin*). — *Cyclopterus Lumpus*. — *Salmo Salar*. — *Gadus Morrhua*. — *Merlangus communis*. — *Merlucius vulgaris*. — *Lota Molva*. — *Hippoglossus vulgaris*. — *Rhombus maximus*. — *Conger vulgaris*. — *Lophius piscatorius*. — *Trigla Gurnardus*. — *Scomber Scombrus*. — *Syngnathus Acus*: in peritoneo. — *Acanthias vulgaris*: in peritoneo, ventriculo, intestinis et vesica fellea, in Hibernia (*Bellingham*). M. C. V.

Nota. Vermis monente Celeb. *Rudolphio* vivacissimus, quem per octidnum in aqua frigida conservavit et in harengis congelatis glacieque tectis rigentem affusa aqua frigida reviviscentem vidit. — Conf. Asc. Clupearum.

4. Agamonema ovatum *DIESING*.

Corpus antrorsum attenuatum, extremitate caudali rotundatum. *Caput* ovatum. Longit. corp. 3—4".

Gordius *Goeze*: Naturg. 126. Tab. VIII. 1—3.
Filaria Gobionis *Schrank*: Verzeich. 2.
Ascaris Gobionis *Gmelin*: Syst. nat. 3037. N. 74.
Filaria ovata *Zeder*: Naturg. 36. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 60. — Cat. Ent. Mus. Vind. 24. — *Rudolphi*: Synops. 5. et 213. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 61. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encyclop. 1846. Sect. I. XLIV. 173. et in *Wiegmann's* Arch. 1846. 152.
Fusaria Gobionis *Zeder*: Naturg. 124.

Habitaculum. *Gobius vulgaris*: circa hepar, Majo, Julio

Digitized by Google

et Augusto (*Goeze* et in M.C.V.). — *Leuciscus Dobula*: in abdomine (*Mehlis*).— *Phoxinus laevis*: ad hepar. M. C. V.

5. Agamonema cysticum *DIESING.*

Corpus crassiusculum fuscum, utrinque obtusum, apice caudali brevi papilliformi. Longit. ...

Filaria cystica *Rudolphi*: Synops. 634. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 62. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encyclop. 1846. Sect. 1. XLIV. 173.

Habitaculum. *Synbranchus laticaudatus*: inter tunicas musculorum abdominis, vesiculis magnitudinis seminum Phaseoli inclusum, in Brasilia (*Olfers*).

Species inquirendae.

6. Agamonema Syngnathi pelagici *DIESING.*

Corpus aequale in spiram planam orbicularem convolutum, extremitate caudali acutiuscula. Longit. corp. aliquot linearum.

Nematoideum dub. Syngnathi pelagici *Rudolphi*: Synops. 191. et 561.

Habitaculum. *Syngnathus pelagicus*: in mesenterio, Julio, Neapoli (*Rudolphi*).

7. Agamonema Merlucii vulgaris *DIESING.*

Caput obtusum, cauda acutissima. Longit. ...

Nematoideum dub. Gadi Merlucii *Rudolphi*: Synops. 192. et 562.

Habitaculum. *Merlucius vulgaris*: in peritoneo, Julio, Neapoli (*Rudolphi*).

8. Agamonema Wachniae *DIESING.*

Capsulariae sp. *Tilesius* in: Mém. de l'Acad. des sc. de St. Petersbourg. (1810). II. 374. Tab. XIX. 2. et 3.

Nematoideum dub. Gadi Wachniae *Rudolphi*: Synops. 193. et 562.

Habitaculum. *Gadus Wachnia*: in peritoneo (*Tilesius*).

9. Agamonema Fabri *DIESING.*

Corpus retrorsum magis attenuatum, extremitate caudali depressa acuta. *Caput* obtusum papillosum. Longit. corp. 3—12".

Digitized by Google

Filaria Zeuis Fabri Cat. Ent. Mus. Vind. 24. — *Rudolphi*: Synops. 11.
Nematoideum dub. Zeuis Fabri *Rudolphi*: Synops. 193. et 563.

Habitaculum. *Zeus Faber*: in peritoneo, Aprili, Armini (*Rudolphi*), ad hepar. M. C. V.

Nota. Individuum unicum M. Caes. 3''' longum, vix $\frac{1}{6}$''' crassum.

10. Agamonema Apri *DIESING.*

Nematoideum dub. Zeuis Apri *Rudolphi*: Synops. 194. et 564.

Habitaculum. *Capros Aper*: in mesenterio, Julio, Neapoli (*Rudolphi*).

11. Agamonema Rhombi Boscii *DIESING.*

Nematoideum dub. Pleuronectis Boscii *Rudolphi*: Synops. 194. et 564.

Habitaculum. *Rhombus Boscii*: in mesenterio, Julio, Neapoli (*Rudolphi*).

12. Agamonema Sparoidum *DIESING.*

Corpus retrorsum magis attenuatum, extremitate caudali subulata recta. *Caput* obtusum. Longit. corp. 3—6''.

Nematoideum dub. Spari Boopis, Mormyri, melanuri et Alcedinis *Rudolphi*: Synops. 194. et 564.

Habitaculum. *Box vulgaris*, *Pagellus Mormyrus* et *Oblata melanura*, Julio, Neapoli. — *Smaris Alcedo*, Majo, Armini: in eorum peritoneo (*Rudolphi*).

13. Agamonema Chrysophrydis auratae *DIESING.*

Longit. corp. ad 1''; crassit. $\frac{1}{6}$'''.

Filaria Spari auratae Cat. Ent. Mus. Vind. 24. — *Rudolphi*: Synops. 11.

Habitaculum. *Chrysophrys aurata*: in ovariis. M. C. V.

14. Agamonema Umbrinae vulgaris *DIESING.*

Corpus antrorsum magis attenuatum. Longit. corp. 4''.

Redi: Anim. viv. 172. vers. 356.
Nematoideum dub. Sciaenae Umbrae *Rudolphi*: Synops. 194. et 565.

Habitaculum. *Umbrina vulgaris* (*Redi*): in peritoneo, Julio, Neapoli (*Rudolphi*).

Digitized by Google

15. Agamonema Scorpaenae cirrhosae *DIESING.*

Corpus utrinque aequaliter attenuatum, extremitate caudali obtusa. *Os* papillosum? Longit. corp. 5—6".

Nematoideum dub. Percae cirrhosae *Rudolphi*: Synops. 195. et 565.

Habitaculum. *Scorpaena cirrhosa*: in peritoneo, Majo, Armini (*Rudolphi*).

16. Agamonema Serrani Cabrillae *DIESING.*

Nematoideum dub. Percae marinae *Rudolphi*: Synops. 195. et 565.

Habitaculum. *Serranus Cabrilla*: in peritoneo, Junio et Julio, Neapoli (*Rudolphi*).

17. Agamonema Lichiae glaucae *DIESING.*

Extremitas caudalis adunca. Longit. corp. 4—6".

Nematoideum dub. Centronoti glauci *Rudolphi*: Synops. 195. et 565.

Habitaculum. *Lichia glauca*: in peritoneo, liberum v. vesicula inclusum, Augusto, Neapoli (*Rudolphi*).

18. Agamonema commune *DIESING.*

Gordius marinus *Linne*: Syst. nat. ed. XII. 1075. 4. partim.
Gordius marinus in hepate Gadorum *Houttuyn* in *Linne's* Natursyst. VI. I. 53.
Gordius marinus *Müller*: Prodrom. verm. N. 2578. — *Fabricius*: Faun. Groenland. 266.
Ascaris marina *Gmelin*: Syst. nat. 3035.
Fusaria marina *Zeder*: Naturg. 121.
Filaria marina *Rathke*: in Dansk. Selsk. Skrivt. V. I. 66.
Filaria Piscium *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 74—75.; ej. Synops. 10. et 218. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1838. I. 305—312. — *Creplin*: ibid. 373. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 60. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encyclop. 1846. Sect. I. XLIV. 166—167.
Filocapsularia communis *Deslongchamps*: in Encycl. Méth. (Zoophyt.) II. 399. (excl. Capsularia Halecis).

Habitaculum. *Gadus Callarias*: in hepate (*O. Fabricius* et *Siebold*). — *G. islandicus*: in hepate — (*O. Fabricius*). — *G. Aeglefinus*: in hepate (*Domina Houttuyn*). — *Gadus Morrhua*: in hepate et inter appendices pyloricas, capsula inclusum (*O. Fabricius*). — *Lota Molva*: in tuberculis ventriculi. — *Brosmius Brosme*: in

Digitized by Google

vesiculis subcutaneis (*Rathke*). — *Pleuronectes platessoides*: in carne intra cutem abdominis (*O. Fabricius*). — *Lophius piscatorius*: in peritoneo (*Rathke*). — *Sebastes norvegicus*: in hepate (*O. Fabricius*). — *Cottus Scorpio*: in hepate (*Siebold*). — *Salmo arcticus*: ad intestina (*O. Fabricius*).

19. Agamonema Scombrorum *DIESING.*

Dubium Scombri Sardae et Coliae *Rudolphi*: Synops. 195. et 566.

Habitaculum. *Pelamys Sarda*, *Scomber Colias*: in peritoneo, Junio et Julio, Neapoli (*Rudolphi*).

20. Agamonema Caranceum *DIESING.*

Dubium Carancis Trachuri *Rudolphi*: Synops. 195. et 566.

Habitaculum. *Caranx Trachurus*, Aprili, Armini. — *C. Luna*, Augusto, Neapoli: in eorum mesenterio (*Rudolphi*).

21. Agamonema Triglae Hirundinis *DIESING.*

Dubium Triglae Hirundinis *Rudolphi*: Synops. 195. et 566.

Habitaculum. *Trigla Hirundo*: in peritoneo, Majo, Armini (*Rudolphi*).

22. Agamonema Triglae lineatae *DIESING.*

Corpus utrinque parum attenuatum, extremitate caudali acuta depressa. *Caput* discretum papillosum. Longit. corp. 3–6‴.

Dubium Triglae adriaticae *Rudolphi*: Synops. 195. et 566.

Habitaculum. *Trigla lineata*: in peritoneo, Majo, Armini, Julio, Neapoli (*Rudolphi*).

23. Agamonema Aspii *DIESING.*

Longit. corp. ad 2″.

Dubium Cyprini Aspii *Rudolphi*: Synops. 197. et 567.

Habitaculum. *Aspius rapax*: in peritoneo, Junio, Berolini (*Rudolphi*).

Digitized by Google

24. Agamonema Leuciscei rutili *DIESING.*

Longit. corp. 5—8‴.

Dubium Cyprini rutili *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 373; ej. Synops. 197.

Habitaculum. *Leuciscus rutilus*: in abdomine, Martio, Hannoverae (*Rudolphi*).

25. Agamonema Tincae *DIESING.*

Dubium Cyprini Tincae *Valentin*: Repert. f. Anat. u. Physiol. VI. 53. et in *Wiegmann's* Arch. 1843. 342.

Habitaculum. *Tinca chrysitis*: in mesenterio (*Valentin*).

TRIBUS III. GAMONEMATOIDEA *DIESING.*

Nematoidea ufplurima *Rudolphi*. — Infusoria nonnulla *Auctorum*.

Corpus elongatum teretiusculum, elasticum, cavum, albidum, laete brunneum v. sanguineo-rubrum, transparens vel opacum, fibris muscularibus subcutaneis circularibus tenuissimis dense annulatum, inerme v. armatum. *Tractus* cibarius proprius simplex liber, appendiculatus v. exappendiculatus, ano stipatus. *Organa* genitalia segregata, aliorum mascula, aliorum feminea; maribus gracilioribus et minoribus. *Penis* (spiculum *Rud.*) in corporis extremitate caudali, v. infra illam protractilis, haud vaginatus v. vagina tubulosa ligulaeformi v. bipartita seu forcipata exceptus, cruribus sub copula feminam amplectens; feminae apertura genitalis antrorsum in medio v. posterius collocata. *Ovipara* v. *vivipara* coeca, rarissime ocellata. — *Animalium* vertebratorum rarius evertebratorum ac praeprimis insectorum endoparasita, interdum auffuga ac libere tunc vagantia; paucissima aquarum dulcium v. maris incolae.

SECTIO I. HYPOPHALLI.

Penis infra extremitatem caudalem, haud vaginatus, aut vagina tubulosa vel bipartita instructus. *)

---

*) Generum plurium dispositio, maribus ignotis, in hac sectione adhuc dubia.

Digitized by Google

† *Extus libere vagantia, rarius endoparasita demumque auffuga; coeca vel ocellata. — Formae minores, imo microscopicae.*

VI. ODONTOBIUS *ROUSSEL.*

Corpus capillare, extremitate caudali involuta. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale orbiculare dentibus corneis 3—6. *Penis* ...; apertura genitalis feminea ... In balaenarum elasmate.

1. Odontobius Ceti *ROUSSEL.*

Longit. ad $2\frac{1}{2}$''.

Odontobius Ceti *Roussel de Vauzème*: in Annal. des sc. nat. 2. sér. I. 326. Tab. IX. 1—5. A. et Froriep's Notiz. XXXVII. 1. Fig. 3—6.; Isis 1836. 512. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1835. I. 336. — *Nordmann*: in *Lamarck* Anim. s. vert. 3. édit. III. 669. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 292.

Habitaculum. *Balaena australis*: in strato mucoso elasmatis cum ovulis suis gregarie nidulans; ad insulas Malouinas, Octobri usque ad Januarium (*Roussel de Vauzème*).

VII. DORYLAIMUS *DUJARDIN.*

Corpus capillare, extremitate caudali attenuata. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale, in tubulum protractile dente unico centrali pugioniformi, corneo. *Penis* filiformis, vagina bipartita cruribus falciformibus exceptus; feminae apertura genitalis in corporis medio. — Aquarum dulcium et maris incolae, interdum in piscibus obviae.

1. Dorylaimus stagnalis *DUJARDIN.*

Longit. $2\frac{1}{3}$''; crassit. ultra $\frac{1}{4}$''.

Dorylaimus stagnalis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 231. Tab. III. Fig. C.

Habitaculum. *Cyprinus Carpio* et *Gasterosteus laevis*: in intestinis cum limo stagnali deglutito translatus, Remi (*Dujardin*).

2. Dorylaimus marinus *DUJARDIN.*

Longit. $1\frac{1}{5}$''; crassit. ultra $\frac{1}{10}$''.

Dorylaimus marinus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 231. Tab. III. Fig. D.

Digitized by Google

Habitaculum. In aqua marina inter algas prope Lorient (*Dujardin*).

VIII. ONCHOLAIMUS *DUJARDIN.*

Corpus capillare, extremitate caudali attenuata. *Caput* corpore continuum, obtusum. *Os* terminale, amplum, dentibus 2—3. *Ocelli* nulli. *Penis* filiformis, vagina bipartita brevi; feminae apertura genitalis in corporis medio. — Aquarum dulcium incolae.

1. Oncholaimus Muscorum *DUJARDIN.*

Corpus utrinque attenuatum. *Caput* papillis 6—8, angulosum. *Os* limbo ovali dentibus tribus arcuatis, altero mediano, reliquis duobus dentato-serratis, instructo. Longit. 1"; crassit. $\frac{1}{30}$".

Oncholaimus Muscorum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 237.

Habitaculum. Inter frondes muscorum, Parisiis (*Doyère*).

2. Oncholaimus fovearum *DUJARDIN.*

Corpus utrinque attenuatum. *Caput* obsolete angulosum. *Os* limbo oblongo dentibus 2—3 angustis arcuatis, altero mediano, instructo. Longit. ad 1"; crassit. $\frac{1}{60}$".

Oncholaimus fovearum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 236.

Habitaculum. In fossis aqua pluviali repletis cum *Branchipodis* et *Euglenis*, Remi, Septembri (*Dujardin*).

IX. ENOPLUS *DUJARDIN.*

Oncholaimi sp. *Dujardin.*

Corpus capillare, extremitate caudali subulata, papilla suctoria. *Caput* corpore continuum, latere echinatum. *Os* terminale dentibus corneis 2—3 instructum. *Ocelli* rubri acervati antrorsum siti. *Penis* filiformis, vaginae bipartitae cruribus falciformibus; feminae apertura genitalis in corporis medio. — Maris, rarius aquarum dulcium incolae.

1. Enoplus tridentatus *DUJARDIN.*

Corpus utrinque attenuatum griseo-brunneum, maris re-

Digitized by Google

trorsum sparse echinatum. *Caput* angulosum parce echinatum. *Os* dentibus tribus arcuatis sursum dilatatis bilobis instructum. *Ocellorum* acervi duo. Longit. $1\frac{1}{5}$—$2\frac{4}{5}'''$; crassit. $\frac{1}{25}'''$.

Enoplus tridentatus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 233.

Habitaculum. Inter algas marinas, Tolosae et Cettae (*Dujardin*).

2. Enoplus microstomus *DUJARDIN.*

Corpus utrinque attenuatum. *Caput* angustatum parce echinatum. *Os* dentibus tribus arcuatis sursum angustatis instructum. *Ocellorum* acervi duo. Longit. vix $1'''$; crassit. $\frac{1}{25}'''$.

Enoplus microstomus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 234.

Habitaculum. In aqua marina prope Lorient (*Dujardin*).

3. Enoplus attenuatus *DIESING.*

Corpus utrinque attenuatum. *Caput* parce echinatum. *Os* dentibus tribus subrectis, altero mediano. *Ocellorum* acervi duo. Longit. $\frac{4}{5}'''$; crassit. ad $\frac{1}{25}'''$.

Oncholaimus attenuatus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 236.

Habitaculum. Inter algas marinas prope Lorient (*Dujardin*).

4. Enoplus stenodon *DUJARDIN.*

Corpus utrinque attenuatum. *Caput* parce echinatum. *Os* dentibus tribus arcuatis angustis sinuatis instructum. *Ocellorum* acervus unicus. Longit. $\frac{4}{5}'''$; crassit. ad $\frac{1}{60}'''$.

Enoplus stenodon *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 234.

Habitaculum. In aqua marina prope Lorient (*Dujardin*).

Species inquirendae.

5. Enoplus elongatus *DUJARDIN.*

Corpus utrinque attenuatum. *Caput* truncatum parce echinatum. *Os* dentibus 2—3 arcuatis geniculatis instructum. *Ocelli* ... Longit. $7\frac{4}{5}'''$; crassit. $\frac{1}{12}'''$.

Enoplus elongatus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 234.

Habitaculum. In aqua marina prope St. Malo (*Dujardin*).

Digitized by Google

6. Enoplus rivularis *DUJARDIN.*

Corpus utrinque attenuatum, album. *Caput* truncatum parce echinatum. *Os* dentibus tribus arcuatis angustis instructum. *Ocelli* ... Longit. $\frac{6}{10}$'''; crassit. $\frac{1}{50}$'''.

Enoplus rivularis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 235.

Habitaculum. In aqua Sequanae, Parisiis et in aqua fontana Tolosae (*Dujardin*).

7. Enoplus crassiusculus *DUJARDIN.*

Corpus utrinque attenuatum. *Caput* parce echinatum. *Os* dentatum. *Ocelli* ... Longit. ultra $\frac{1}{5}$'''; crassit. $\frac{1}{25}$'''.

Enoplus ? crassiusculus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 235.

Habitaculum. In aqua Rhedoni fluvii (*Dujardin*).

X. AMBLYURA *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Enchelis *Hill.* — Vibrio *Müller.* — Enoplus *Dujardin.*

Corpus capillare, extremitate caudali subulata, papilla suctoria subclavatum. *Caput* corpore continuum truncatum. *Os* terminale orbiculare cirrhatum. *Ocelli* nulli. *Penis* simplex, nec vaginatus; apertura genitalis feminea ... — Aquarum dulcium et maris incolae; natatoria.

1. Amblyura Serpentulus *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Cauda elongata clavata. Longit. $\frac{1}{6}$'''.

Spalanzani Microsc. 189. Fig. 2. et 12.
Fränkische Samml. IV. 227. Fig. b—f.
Enchelis *Hill*: Hist. anim. Tab. I. (ic. mediocris).
Vibrio Serpentulus *Müller*: Verm. terr. et fluv. 24. — ej. Zool. Dan. Prodr. 2449. et ej. Anim. Infus. 61. Tab. VIII. 15. — *Bory*: in Encycl. méth. 1824. 777. Tab. IV. 10. — *Blainville*: in Dict. des scienc. nat. LVII. 537. et LVIII. 69.
Amblyura Serpentulus *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Phytoz. Entoz. Tab. II. 14. (omissis cirrhis). — *Ehrenberg*: Infusionsth. 82. — *Lamarck* Anim. s. vertèb. 2. édit. III. 663. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 237.

Habitaculum. In infusione vegetabili plurium septimana-

Digitized by Google

rum et in palustribus, in Dania rare (*Müller*). — In montibus sinaiticis cum Confervis e rivulo vallis Wâdi Esle prope Tor, et Berolini (*Ehrenberg*).

Nota. „De Amblyura serpentulo berolinensi praeterea sequentia valent: Corpus subtilissime transverse striolatum, subannulatum. Tubus cibarius hinc ore, illinc ano terminatus simplex, strictura cardiaca insignis Os terminale, anus ad caudae basin lateralis. Feminarum apertura genitalis in medio corpore. Uterus bicornis. Feminae maribus majores" *Hemprich* et *Ehrenberg*.

2. Amblyura Gordius *HEMPRICH et EHRENBERG*.

Cauda brevis globifera. Longit. . . .

Vibrio Gordius *Müller*: Anim. Infus. 60. Tab. VIII. 13—14.
Amblyura Gordius *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Phytoz. Entoz. — *Ehrenberg*: Infusionsth. 82. — *Lamarck*: Anim. s. vert. 2. édit. III. 663. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 238.
Enoplus elongatus *Dujardin*?: Hist. nat. des Helminth. 238.

Habitaculum. In infuso marino (*O. F. Müller — Ehrenberg*).

XI. ENCHELIDIUM *EHRENBERG*.

Vibrio *Müller*.

Corpus capillare extremitate caudali subulata. *Caput* corpore continuum truncatum. *Os* terminale orbiculare cirrhatum? *Ocellus* pone os. *Penis* ...; feminae apertura genitalis... — *Maricola*.

1. Enchelidium marinum *EHRENBERG*.

Longit. . . .

Vibrio Anguillula d. Anguillula marina *Müller*: Anim. Infus. 66. Tab. IX. 9—11.
Vibrio marina *Bory*: in Encycl. méth. 1824. 778. Tab. XXIV. 26. — *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. LVII. 537. et LVIII. 71.
Enchelidium marinum *Ehrenberg*: Die Akaleph. d. roth. Meer. u d. Organism. d. Medus. 1836. 41. et 57. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 238.

Habitaculum. Inter mucosa palos marinos obvestientia, et in aqua marina servata frequentissime (*O. F. Müller — Ehrenberg*).

Digitized by Google

XII. PHANOGLENE *NORDMANN.*

Corpus capillare, retrorsum acuminatum. *Caput* corpore continuum truncatum. *Os* terminale bilabiatum, cirrhis 2—4. *Ocelli* ruberrimi in cervice. *Penis* filiformis vagina tubulosa exceptus; feminae apertura genitalis... — Aquarum dulcium incolae.

1. Phanoglene barbiger *NORDMANN.*

Os cirrhis quatuor instructum. *Ocelli* duo discreti. Longit. ...

Phanoglene barbiger *Nordmann*: in *Lamarck* Anim. s. vert. 2. édit. III. 664. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 238.

Habitaculum. In aqua stagnante prope Berolinum (*Nordmann*).

2. Phanoglene micans *NORDMANN.*

Os cirrhis duobus instructum. *Ocelli* coaliti. Longit. ...

Phanoglene micans *Nordmann*: in *Lamarck* Anim. s. vert. 2. édit. III. 664. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 238.

Habitaculum. In larva *Neuropteri* (*Nordmann*).

XIII. ANGUILLULA *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Vibrio *Müller*. — Ascaris *Goeze*. — Fusaria *Zeder*. — Oxyuris *Dufour*. — Rhabditis *Dujardin*. — Filaria *Schödte*.

Corpus capillare, extremitate caudali acuta v. obtusa, papilla terminali nulla. *Caput* corpore continuum, truncatum. *Os* terminale, orbiculare, inerme. *Ocelli* nulli. *Penis* filiformis haud vaginatus, retractilis; feminae apertura genitalis utplurimum in corporis medio. *Ovipara* v. *vivipara*. — *Insectorum*, rarius Lumbricorum terrestrium endoparasita, interdum auffuga extusque libere vagantia.

1. Anguillula Aceti *EHRENBERG.*

Cauda oblique conica, longe subulata, baseos crassitie quinquies longior. *Vivipara*. Longit. 1—4‴.

Borellus: Obs. microscop. Centur. 7. 1656.
Power: Microsc. Obs. 38.

Digitized by Google

Hook: Microsc. I. 2. Tab. I.
Joblot: Obs. micr. I. 2. Tab. I.
Leeuwenhoek: in Philosoph. Transact. 1676. 656.
Cellius: apud Bakerum II. 250. (vivipara).
Backer: Micr. Tab. X. 8—9. Micr. expl. 81. Tab. V. 10.
Uncer: Phys. Schr. 260.
Fränkische Samml. IV. 277. Fig. g—o.
Goeze: in Naturf. I. St. 1—53. et XVIII. St. 38. Tab. III. 12—19.; ej. in: *Bonnet's* organis. Körp. 59.
Spallanzani: Opusc. phys. I. 83.
Anguille du vinaigre *Rozier*: Obs. 1775. mars. Tab. I. Fig. 5. 1776. — Janv. 51. et mars. 382.
Essig-Aelchen *Martins*: allgem. Gesch. d. Nat. I. 412. — Beschäft. Berlin. Gesellsch. I. 342.
Chaos redivivum *Linné*: Syst. nat. 1326. (aceti.)
Vibrio Anguillula α. Anguillula aceti *Müller*: Anim. Infus. 63. Tab. IX. 1—11. — Idem: in Naturf. XIX. St. 162.
Vibrio Aceti *Bory*: in Encycl. méth. 1824. 778. Tab. IV. 16. — *Dugès*: in Annal. des sc. nat. IX. 225. Tab. XLVII. 2. 19. 32. ♀ et XLVIII. 44—50. ♂ 51. (in copula). — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 573. et LVIII. 70.
Anguillula Aceti *Ehrenberg*: Infusionsth. 82.
Rhabditis Aceti *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 242.
Czernay: Monogr. d. Essigälchens mit kol. Kpft. Moskau 1849. (non vidi.)

Habitaculum primitivum ignotum. In faecibus aceti (*Borellus*, *Müller*, *Ehrenberg* et p. a.).

Nota 1. Larvas Muscae cujusdam (Mosilli cellarii?) in aceto obvias cum hac specie confundit *Spallanzani* (microsc. Beobacht. 176.)

Nota 2. Probabiliter e Mosilli cellarii intestinis in acetum translata.

Nota. 3. In copula eam offendit Cl. *Dugès*.

2. Anguillula glutinis *EHRENBERG*.

Cauda oblique conica, subulata, baseos crassitie triplo longior. Vivipara. Longit. $\frac{2}{4}$'''.

Aale im Kleister *Ledermüller*: Microsc. 33. Tab. XVII. 1. — *Büffon*: Allgem. Hist. d. Natur. I. 2. 154. — *Martins*: Allgem. Gesch. d. Natur. I. 412. — *Backer*: Microsc. expl. 82. — *Schrank*: Beitr. 109. — *Leske*: Naturg. I. 559. — *Goeze*: in Naturf. IX. St. 177. Tab. IV. 17—19.
Chaos redivivum *Linné*: Syst. nat. 1326. (in glutine Bibliopegorum.)
Anguille de la colle *Rozier*: Obs. 1775. mars. Tab. I. 4. et 1776. mars. 382.

Digitized by Google

Vibrio Anguillula β. Anguillula glutinis *Müller*: Anim. Infus. 64. Tab. IX. 1—4.

Vibrio glutinis *Bory*: in Encycl. méth. 1824. 780. — *Dugès*: in Annal. des sc. nat. IX. 225. Tab. XLVII. 4. 10. 11. 20—21. ♀ Tab. XLVII. 22—25. bis 26—27. 30. 31. 33. 37. 38. 40—41. ♀ 42. 43. ♂ — *Blainville*: in Dict. des scienc. nat. LVII. 53. et LVIII. 71.

Anguillula glutinis *Ehrenberg*: Infusionsth. 83.

Rhabditis glutinis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 243.

Habitaculum primitivum ignotum. In glutine farinae (*Baker*, *Müller*, *Goeze* et p. a.).

3. Anguillula fluviatilis *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Cauda recta brevi conica, subulata, baseos crassitie triplo quadruplove longior. Longit. $\frac{1}{8}$—$\frac{1}{5}$'''.

Ferskoands Aal *Strackker*: in Nye Samml. of Dansk. Vid. Selsk. Skr. III. D. 33.

? Corculum vermiculo simile *Linné*: Amoen. acad. (mundus invis.)

Vibrio Anguillula γ Anguillula fluviatilis *Müller*: Anim. Infus. 65. Tab. IX. 5—8. (reliqua synon. *Mülleri* vel incerta, vel ad Anguillulam Tritici aut Lumbrici pertinent.

Vibrio fluviatilis *Bory*: in Encycl. méth. 1824. 777. Tab. IV. 20—23. — Idem: in Dict. class. d'hist. nat. XVI. 586. (Les Oxyurides) Tab. V. A. 39. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 537. et LVIII. 71.

Anguillula fluviatilis *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Phytoz. Entoz. Tab. II. 8 et 13. (lybica). — *Ehrenberg's* Organ. Syst. u. geogr. Verb. d. Infusionsth. 1830. 10. 15. 68. 105. Tab. VII. 5. — Ej. Infusionsth. 83. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 244.

Habitaculum primitivum ignotum. In aqua dulci, in Dania (*O. F. Müller*). — Inter Confervas, in aqua Oaseos Jovis Hammonis Siwae, nec non pagi Tor in Arabia. — In Sibiria prope Tobolsk, in montibus altaicis prope Smeinogorsk et prope Berolinum (*Ehrenberg*).

Obs. „Corpus subtilissime tranverse striolatum, subannulatum. Tubus cibarius hinc ore illinc ano terminatus, simplex cum strictura cardiaca. Os terminale, anus ad caudae basim lateralis. Feminarum apertura genitalis in medio corpore. Uterus bicornis. Ova ovata. Foetus maturus bis complicatus. Feminae maribus majores. Maris penis simplex nec vaginatus. — Ita in speciminibus Berolinensibus.“ *Ehrenberg*. Symb. Phys. l. c.

Digitized by Google

4. Anguillula inflexa *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Cauda longiore subulata, maris inflexa, baseos crassitie plus decuplo longiore, corporis fere octavam partem aequante. Longit. mar. $\frac{1}{8}$—$\frac{1}{4}'''$; crassit. $\frac{1}{64}'''$; fem. $\frac{1}{4}$—$1'''$; crassit. $\frac{1}{36}'''$.

Anguillula inflexa *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Phytoz. Entoz. Tab. I. 12. (Vibrio fluviatilis niloticus.) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 244.

Habitaculum primitivum ignotum. Inter Confervas aquae Nili in provincia Dongola Nubiae eandem formam cepisse monet Cel. *Ehrenberg*, quam serius in aqua salsa prope Petropawlofsk in Sibiria et prope Berolinum reperiit.

5. Anguillula Coluber *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Cauda inflexa, longissima, corporis quarta parte longiore. Longit. ...

Vibrio Coluber *Müller*: Anim. Infus. 62. Tab. VIII. 16—18.
Anguillula Coluber *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Phytoz. Entoz. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 244.

Habitaculum primitivum ignotum. In aqua fluviatili in Dania, rarissime (*O. F. Müller*); prope Berolinum (*Ehrenberg*).

6. Anguillula recticauda *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Cauda recta, longissima, corporis quintam sextamve partem aequans. Longit. ...

Anguillula recticauda *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Phytoz. Entoz. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 244.

Habitaculum primitivum ignotum. In aqua prope Berolinum (*Ehrenberg*).

Celeb. *Ehrenberg* individua cutem exuere vidit, quod in Vibrione Anguillula pariter observavisse *Müller* et *Roffredi* asserunt.

7. Anguillula dongolana *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Corpus recurvatum. *Cauda* brevissima, obtusissima, rotundata, parum longior quam crassa, fere nulla. Longit. $\frac{1}{4}'''$.

Anguillula dongolana *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Phytoz. Entoz. Tab. I. 13. (Vibrio dongolanus.) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 244.

Digitized by Google

Habitaculum primitivum ignotum. Inter Confervas in aqua Nili Dongolae (*Hemprich* et *Ehrenberg*).

8. Anguillula graminearum *DIESING.*

Corpus subaequale utrinque attenuatum, pellucidum. *Cauda* brevis inflexa papillis duabus in flexura interna. Ovipara. Longit. $\frac{1}{8}''$; crassit. $\frac{1}{60}$—$\frac{1}{7}''$.

Needham: Micr. 99. Tab. V. 7.
Backer: Micr. expl. 80. Tab. V. Fig. 9. 1. 2.
Roffredi: in Journ. de Phys. 1775. 369.
Anguille vulgaire *Rozier*: Obs. 1775. Mars. 218. Tab. I. 7. et 1778. Nov. 401.
Anguille du bled rachitique l. c. 1775. Janv. Tab. I.
Anguille du faux ergot. l. c. 1776. Janv. 72. et Mars. 372. et 436.
Naturf. XIX. St. 40.
Vibrio graminis *Steinbuch*: in Naturf. XXVIII. St. 233. Tab. V. — et Ej. Analecten. 97. — 135. Tab. II. Fig. 1—6.
Spallanzani: Micr. 189. Fig. 12. (pessima). Idem Opusc. phys. II. 354. Tab. V. 10.
Eichhorn: Micr. 72. Tab. VII. A.
Gleichen: Micr. 61. Tab. XXVIII. 6.
Spuhlwürmerälchen. *Schrank*: Beitr. 19.
Würtemb. Wochenbl. 1782. 354.
Vibrio Anguillula γ. Anguillula fluviatilis *Müller* p. p.: Anim. Infus. 65. Tab. IX. 5—8.
Vibrio tritici *Bauer*: in Philosoph. Trans. 1823. I. 1—12. Tab. I. et II. Versio in Annal. des sc. nat. prem. sér. II. 154—167. cum Tabula. — *Bory*: in Encycl. méth. 1824. 779. — *Dugès*: in Annal. des sc. nat. prem. sér. IX. 225. — *Henslow*: in Microscopical Journal. 1841. 36.
Rhabditis tritici *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 242.

Habitaculum primitivum ignotum. In seminibus Tritici uredine depravatis (*Needham*, *Bauer*, *Henslow* et p. a.). In seminibus depravatis Agrostidis sylvaticae (*Steinbuch*).

Animalcula exsiccata iterum humectata post annos reviviscere narrant Cel. *Bauer* et *Henslow*; phaenomenon rectius forsan motu moleculari explicandum.

9. Anguillula cuspidata *DIESING.*

Cauda brevis obtusa, cuspidata, recta, baseos crassitie corporis duplo longior. Longit. $\frac{1}{4}$—$3''$.

Ascaris cuspidata *Rudolphi*: Synops. 52. et 294. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 194.

Digitized by Google

Oxyuris nasicornis *Dugès*: in Annal. des sc. nat. prem. sér. IX. 336. Tab. XLVII. 5.

Habitaculum. *Oryctis* (*Scarabaei*) *nasicornis* larva: in intestino crasso, Majo, Berolini (*Rudolphi*) — Parisiis (*Dugès*).

Cel. *Rudolphi* os trivalve, et caput utrinque tenuissime alatum esse refert.

10. Anguillula brachyura *DIESING.*

Cauda brevis subulata, parum incurvata, baseos crassitie corporis duplo brevior. Longit. 2—4‴.

Oxyuris Leuckarti *Hammerschmidt*: in Isis. 1838. 353. Tab. IV. a. b. (cum anatom.) — *Leuckart*: ibid. in Nota.

Oxyuris brachyura *Hammerschmidt*: in *Haidinger's* Naturwissenschaftl. Abhandl. I. 283. Tab. X. 1—4.

Habitaculum. *Rhisotrogi* (*Melolonthae*) *aprilini* et *solstitialis* larva: in intestino coeco, Majo, Vindobonae (*Hammerschmidt*).

11. Anguillula gracilis *DIESING.*

Cauda subulata flexuosa, baseos crassitie corporis duplo longior. Longit. $\frac{3}{4}$‴.

Oxyuris gracilis *Hammerschmidt*: in Isis. 1838. 353. Tab. IV. c—f. (cum anatom.) — et in *Haidinger's*: Naturwissenschaftl. Abhandl. I. 287. Tab. X. 21—25.

Habitaculum. *Melolonthae fullonis?* larva: in intestino coeco, Vindobonae (*Hammerschmidt*).

12. Anguillula depressa *DIESING.*

Cauda oblique subulata, baseos crassitie corporis sesquiduplo et dimidio longior. Longit. $\frac{1}{25}$—$\frac{1}{4}$‴.

Oxyuris depressa *Hammerschmidt*: in Isis. 1838. 354. Tab. IV. d. e. (cum anatom.)

Oxyuris dilatata *Hammerschmidt*: in *Haidinger's* Naturwissenschaftl. Abhandl. I. 287. Tab. X. 26—27.

Habitaculum. *Cetoniae marmoratae* larva: in intestino coeco, Vindobonae (*Hammerschmidt*).

Digitized by Google

13. Anguillula laticollis *DIESING.*

Cauda subulata flexuosa, baseos crassitie corporis sexies longior. Longit. $\frac{1}{4}$—$\frac{3}{8}$'''.

Oxyuris laticollis *Hammerschmidt*: in *Haidinger's* Naturwissenschaftl. Abhandl. I. 288. Tab. X. 28—34.

Habitaculum. *Cetoniae sticticae* larva: in intestino, Aprili, Vindobonae (*Hammerschmidt*).

14. Anguillula macrura *DIESING.*

Cauda feminae subulata longissima, baseos crassitie corporis sexies longior; maris obtusa. Longit. 1—$1\frac{1}{2}$'''.

Oxyuris Diesingi *Hammerschmidt*: in Isis. 1838. 354. Tab. IV. a. b. c. (cum anatom.)

Oxyuris Blattae orientalis *Hammerschmidt*: in *Haidinger's* Naturwissenschaftl. Abhandl. I. 284—286. Tab. X. 5—20.

Habitaculum. *Blatta orientalis*: in intestinis tenuibus, Octobri, Vindobonae (*Hammerschmidt*).

15. Anguillula Lumbrici *DIESING.*

Cauda brevis inflexa acuta. Longit. 3—4'''.

Gleichen: Auserles. microsc. Entdeck. 58. Tab. XXVII. et XXVIII.

Ascaris minutissima microscopica *Goeze*: Naturg. 110. Tab. IV. 10. — *Schrank*: Verz. 13.

Ascaris Lumbrici. *Gmelin*: Syst. nat. 3037. — *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 2. 30.

Ascaris Lumbrici? *Rathke*: in Dansk. Selsk. Skrivt. V. 1. 67.

Fusaria Lumbrici *Zeder*: Naturg. 125.

Entozoon dubium Lumbrici terrestris *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 288. ej. Synops. 199.

Vibrio Anguillula γ. Anguillula fluviatilis *Müller*: Animal. Infus. 66. pp.

Vibrio Lumbrici *Morren*: Lumb. terrest. hist. nat. 204. Tab. XXV—XXIX. et Tab. XXVI—XXX. (evolut.) — *Hoffmeister*: De vermibus quibusdam ad genus Lumbricorum pertinentibus Tab. II. 18. (sp. fortasse diversae).

Habitaculum. *Enterion* (*Lumbricus*) *terrestris*: in vesiculis aëreis solitaria, interdum ad 50 individua (*Gleichen*). — Augusto (*Goeze*), nonnisi vere (*Morren*).

Digitized by Google

Species inquirendae.

16. Anguillula Lucani *DIESING.*

Cauda subulata. Longit. vix 2‴.

Ascaris Lucani *Frölich*: in Naturf. p. 51. n. 25. — *Rudolphi* Synops. 60. et 304. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 192.

Habitaculum. *Lucanus Capreolus*: in intestino crasso (*Frölich*).

Forsan cum Ang. cuspidata identica.

17. Anguillula Calosomatis et Carabi *DIESING.*

Longit. $\frac{1}{6}$—$\frac{1}{3}$‴.

Filaria *Schiödte*: genera og species of Danmarks Eleuthera I. 82. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Archiv. 1843. II. 315. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encyclop. I. Sect. XLIV. 178.

Habitaculum. *Carabus clathratus* et *Calosoma sericeum*: in ventriculo (*Schiödte*).

18. Anguillula Bostrichi Typographi *DIESING.*

Corpus retrorsum acutum. *Caput* obtusum. Longit. ...

.... *Léon Dufour*: in Annal. des sc. nat. (1826). Zool. VIII. 5. — Isis. 1834. 860. — *Creplin*: in *Ersch* et *Gruber's* Encyclop. I. Sect. XLIV. 178.

Habitaculum. *Bostrichus* (*Tomicus*) *Typographus*: in intestinis (*Léon Dufour*).

19. Anguillula Gryllotalpae *DIESING.*

Corpus antrorsum valde incrassatum. *Cauda* brevissima. Longit. 2‴.

Oxyuris Gryllotalpae? *Dufour*: in Annal. des sc. nat. sec. sér. VII. 8. Tab. I. 2.

Ascaris sp. *Gurlt*: Magaz. f. d. gesammt. Thierheilk. IV. Jahrgang. Nr. 130. 1838.

Habitaculum. *Gryllotalpa vulgaris*: in ventriculo (*Dufour*); in intestinis (*Gurlt*).

Digitized by Google

20. Anguillula Saturniae *DIESING.*

Longit. 1‴.

Vibrio aut Filaria Saturniae *Dugès*: in Annal. des sc. nat. sec. sér. IX. 226.

Habitaculum. *Saturniae Pyri* larva: in ventriculo (*Dugès*).

21. Anguillula monilis *HAMMERSCHMIDT.*

Longit. $\frac{3}{4}$ — 1‴.

Anguillula monilis *Hammerschmidt*: in Isis. 1838. 358. Tab. IV. a.

Habitaculum. *Aphodius conspurcatus*: in intestinis tenuibus, Vindobonae (*Hammerschmidt*).

22. Anguillula ministerialis *DIESING.*

Corpus pellucidum. *Os* dilatatum, subhians; cauda acutissima. Longit. ad $\frac{3}{4}$‴.

Vibrio glutinis *Humboldt*: Ueber die gereizt. Musk. u. Nervenf. I. 179.

Vibrio ministerialis *Bory*: in Encycl. méth. 1824. 778.

Habitaculum primitivum ignotum. In fungis deliquescentibus (*Humboldt* et *Bory*).

Cum excrementis forsan Muscae vomitoriae huc delata.

23. Anguillula faeculorum *DIESING.*

Rhabditis feculorum *Guerin-Meneville*: in Acad. d. scienc. nat. Paris. 1845. Vers. in: Oesterreich. k. k. Wiener Zeitung. 1845. — 7. Nov. 2365.

Habitaculum primitivum ignotum; in Solani tuberibus depravatis (*Guerin-Meneville*).

†† *Omnia endoparasita, coeca. — Formae majores, rarissime microscopicae.*

XIV. DICELIS *DUJARDIN.*

Corpus capillare, extremitate caudali obtusa utroque margine fovea disciformi fibris radiantibus munita. *Os* terminale orbiculare. *Penis* in vagina bipartita; feminae apertura genitalis. ... — In Lumbricorum terrestrium testiculis.

Digitized by Google

1. Dicelis Filaria *DUJARDIN.*

Cauda maris obtusa parum involuta, vagina penis bipartita cruribus falciformibus; feminae recta obtusa. Longit. mar. $1\frac{1}{5}'''$, crassit. vix $\frac{1}{25}'''$; fem. $2'''$, crassit. $\frac{1}{20}'''$.

Dicelis Filaria *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 108. Tab. III. Fig. H.

Habitaculum. *Enterion* (*Lumbricus*) *terrestris*: in testiculis, Parisiis (*Dujardin*).

XV. PHACELURA *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Gordius *Müller.* — Filaria *Baer.*

Corpus capillare, extremitate caudali rotundata interdum appendicibus 4—8 styliformibus rectis mobilibus (an pullis?) aucta. *Caput* corpore continuum. *Os* ... *Penis* ... — Molluscorum aquarum dulcium endoparasita.

1. Phacelura Paludinae *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Corpus aequale antrorsum parumper attenuatum, postice obtusum. Longit. $\frac{1}{96}$—$\frac{1}{12}'''$.

Phacelura Paludinae *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Phytoz. Entoz. Appendix.

Habitaculum. *Paludina impura* et *vivipara*: per totum hepar, Berolini (*Ehrenberg*).

Species inquirendae.

2. Phacelura inquilina *DIESING.*

Corpus lineare molle (tentaculum Limacis Planorbium omnino referens) album. Longit. $1\frac{1}{2}'''$. (*Müller.*)

Gordius inquilinus *Müller*: Histor. verm. terr. et fluv. 2. 33.

Habitaculum. *Lymnaeus auricularius.* — *Physa fontinalis.* — *Planorbis corneus.* — *Nerita janitoris*: ad corporis superficiem, frequens in Dania (*Müller*).

3. Phacelura Lymnaei *DIESING.*

Longit. ad $2'''$.

Filaria Lymnaei stagnalis *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 615.

Digitized by Google

Habitaculum. *Lymnaeus stagnalis*: in cavo abdominis (*Baer*).

XVI. LEPTODERA *DUJARDIN.*

Corpus capillare, extremitate caudali longe subulata, breve bialata; costarum transversalium paribus 5—6. *Caput* corpore continuum acutum. *Os* terminale bilabiatum? *Penis* in vagina bipartita; feminae apertura genitalis in medio corpore. — Vivipara. In Molluscorum terrestrium organis genitalibus.

1. Leptodera flexilis *DUJARDIN.*

Corpus capillare. Longit. mar. 1‴, crassit. $\frac{1}{88}$‴; fem. $1\frac{3}{5}$‴, crassit. $\frac{1}{20}$‴.

Leptodera flexilis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 109. Tab. VI. Fig. a.

Habitaculum. *Limax cinereus*: in ductu deferente; Septembri, Remi (*Dujardin*).

XVII. ANGIOSTOMUM *DUJARDIN.*

Rhabditis *Dujardin.*

Corpus capillare. *Caput* corpore continuum truncatum. *Os* terminale orbiculare. *Extremitas* caudalis maris subrecta alata v. exalata, vagina penis bipartita; feminae subulata, apertura genitali in corporis medio fere collocata. — Molluscorum et Amphibiorum endoparasita.

Nota. Pharynx cartilagineus subglobosus, oesophagus muscularis amplus medio constrictus, ventriculus nullus (*Dujardin*).

1. Angiostomum entomelas *DUJARDIN.*

Corpus capillare intestino nigro. *Extremitas* caudalis maris acute conica exalata; feminae subulata. Longit. $2\frac{1}{5}$‴, crassit. $\frac{1}{10}$‴.

Angiostoma entomelas *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 262. Atlas. Tab. VI. C. — *Blanchard*: in Regn. anim. nouv. édit. Zooph. Tab. XXV. 5.; in: Voyage en Sicile Vers. Tab. XXIII. 5. — Idem in: Annal. des sc. nat. III. sér. 1849. XI. 181—182 (cum anatom.)

Digitized by Google

Habitaculum. *Anguis fragilis*: in pulmonibus, Remi (*Dujardin*).

2. Angiostomum Limacis *DUJARDIN.*

Corpus capillare utraque extremitate attenuatum. *Extremitas* caudalis maris attenuata, parum curvata, subtus obsolete papillosa, alata, alis angustis utrinque 6-costatis; feminae subulata. Longit. $2\frac{3}{5}$—$2\frac{4}{5}$'''; crassit. ultra $\frac{1}{20}$'''.

Angiostoma Limacis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 263. Atlas Tab. VI. B.

Habitaculum. *Limax* (*Arion*) *rufus*: in intestinis, Remi (*Dujardin*).

Species inquirenda.

3. Angiostomum terricola *DIESING.*

Corpus fusiforme. *Extremitas* caudalis maris brevis, curvata, acuta, utrinque costato-alata, vagina penis bipartita; feminae recta acuta, apertura genitali in medio corporis. Longit. $\frac{1}{5}$'''; crassit. $\frac{1}{20}$'''.

Rhabditis terricola *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 240—241.

Habitaculum. In terra humida et aquarum limo, nec non in intestinis Batrachiorum et Molluscorum (*Dujardin*).

XVIII. OXYURIS *RUDOLPHI.*

Trichocephalus *Goeze*. — Mastigodes *Zeder*. — Passalurus *Dujardin*.

Corpus subcylindricum crassiusculum, extremitate caudali acuta. *Caput* corpore continuum, epidermide subglobose inflata pellucida, v. stricte adnata. *Os* terminale nudum vel papillosum. *Extremitas* caudalis maris mucronata, pene filiformi in vagina tubulosa; feminae subulata, apertura genitali in anteriore corporis parte. Ovipara. — In Mammalium intestino coeco et crasso endoparasita.

1. Oxyuris alata *RUDOLPHI.*

Caput attenuatum epidermide inflata. *Corpus* utrinque attenuatum subrectum. *Extremitas* caudalis maris ...; feminae subulata recta, corpore $\frac{1}{3}$ brevior. Longit. 3'''; crassit. $\frac{1}{5}$'''.

Digitized by Google

Oxyuris alata *Rudolphi*: Synops. 19. et 229. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. II. 4—5. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 140.

Habitaculum. *Meles Taxus*: in intestino crasso, autumno et hieme (*Bremser*). M. C. V.

2. Oxyuris ambigua *RUDOLPHI.*

Caput attenuatum epidermide inflata. *Corpus* utrinque attenuatum, maris retrorsum spiraliter involutum; feminae rectum. *Extremitas* caudalis maris subulata recta; feminae crispato-alata. Longit. mar. 2—3‴, fem. 4—6‴; crassit. $\frac{1}{3}$‴.

Oxyuris ambigua *Rudolphi*: Synops. 19. et 229. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. II. 6—9. — *Mayer*: Beitr. z. Anatom. d. Entoz. 14—16. Tab. III. 14. fem. 15. mas. — *Kölliker*: in *Müller's* Arch. 1843. 69. Tab. VII. 26. (de evolutione).

Oxyurus ambigua *Bellingham*: in Annals of nat. hist. XIV. 478.

Passalurus ambiguus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 232.

Habitaculum. *Lepus Cuniculus domesticus* et *ferus*: in intestinis crassis, autumno et hieme. — *L. timidus*, aestate (*Bremser*). M. C. V.

Nota. Teste cl. *Dujardin* os intus corpusculis tribus oblongis membrana junctis instructum.

3. Oxyuris Pugio *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Caput epidermide inflata, (alatum *Ehrenb.*). *Os* nudum. *Extremitas* caudalis maris ...; feminae semialata. Longit. 3‴.

Oxyuris Pugio *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Mamm. (Hyrax).

Habitaculum. *Hyrax capensis*: in intestinis crassis rarius (*Hemprich* et *Ehrenberg*).

4. Oxyuris Flagellum *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Var. α. obtusa. *Caput* ... *Os* papillosum. *Extremitas* caudalis maris ...; feminae curva, nec acuminata nec alata, corporis tertia parte longiore. Longit. 1″.

Var. β. acuta. *Caput* ... *Os* papillosum. *Extremitas* caudalis maris ...; feminae recta, acuminata exalata, corporis partem tertiam haud superante. Longit. 1″.

Oxyuris Flagellum *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Mamm. (Hyrax).

Digitized by Google

Habitaculum. *Hyrax capensis*: in intestino coeco (*Hemprich* et *Ehrenberg*).

5. Oxyuris obesa *DIESING.*

Caput conicum apice truncatum epidermide stricte adnata. *Os* papillis 3—4. *Corpus* utrinque valde attenuatum rectum. *Extremitas* caudalis maris ...; feminae subulata recta, corpore aequilonga. Longit. 8"—1½"; crassit. ⅔—1".

Habitaculum. *Hydrochoerus Capybara*: in intestino coeco, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

6. Oxyuris curvula *RUDOLPHI.*

Caput conicum epidermide stricte adnata. *Corpus* utrinque attenuatum antrorsum incurvatum. *Extremitas* caudalis maris breve subulata; feminae longe subulata recta, corporis fere longitudine. Longit. mar. juv. 3", fem. 1—3½"; crassit. 1—1½".

Trichocephalus Equi *Goeze*: Naturg. 117. Tab. VI. 8. (ic. med.) — *Schrank*: Verz. 4. — *Gmelin*: Syst. Nat. 3038. — *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 2. 8.

Mastigodes Equi *Zeder*: Naturg. 70.

Oxyuris curvula *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Archiv. III. 2. 6. — Ejus Entoz. hist. II. 100. Tab. I. 3—6. et ej. Synops. 18. — *Greve*: Erfahr. 169. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. II. 1—3. — *Gurlt*: Path. Anat. I. 351. Tab. V. 13—18. mas et fem. — *Mehlis*: in litt. ad *Creplinium*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 279. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 142.

Oxyuris curvula *Bellingham*: in Annals of Nat. Hist. XIV. 478.

Oxyuris Equi *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. III. sér. 1849. XI. 170—171. (cum anatom.)

Habitaculum. *Equus Caballus*: in intestino coeco, omni anni tempore frequens. — *E. Asinus*, ibidem, praesertim malleo humido laborantium (*Greve*). — *E. Mulus*, Januario, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Vix hujus generis:

7. Oxyuris ornata *DUJARDIN.*

Caput ... *Corpus* maris posterius subtusque appendiculis corneis medio geniculato-infractis quadrifariam dispositis obsessum. Extremitas caudalis uncinato-inflexa, acute

Digitized by Google

conica apice mucronata. *Vagina* penis simplex falciformis. *Os* feminae triangulare. *Corpus* fusiforme, utrinque attenuatum. *Extremitas* caudalis recta acute conica, apice mucronata. Longit. mar. 1—1$\frac{2}{5}$‴, crassit. $\frac{3}{20}$—$\frac{3}{10}$‴; fem. 2$\frac{3}{5}$‴, crassit. $\frac{1}{5}$‴.

Oxyuris ornata *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 144. Tab. V. Fig. g.

Habitaculum. *Pelophylax esculentus* et *Rana temporaria*: in intestinis, Julio et Augusto (*Dujardin*).

8. Oxyuris brevicaudata *DUJARDIN.*

Caput conicum. *Corpus* fusiforme. *Extremitas* caudalis maris ...; feminae subito breve mucronata. Longit. 2$\frac{1}{5}$—3$\frac{3}{5}$‴; crassit. $\frac{1}{3}$‴.

Oxyuris brevicaudata *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 144.

Habitaculum. *Ascalabotes fascicularis*: in intestinis, Julio, Tulloni (*Dujardin*).

Nota. Sp. 7. et 8. typi forsan generis proprii?

XIX. CROSSOPHORUS *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Corpus subcylindricum. *Caput* subdiscretum trivalve, valvis intus sulcatis, papillosis aut fimbriatis. *Penis* filiformis haud vaginatus; feminae apertura genitalis ... — Mammalium endoparasita.

Nota. „Intestini coeca duo longa antrorsum versa. Vesica seminalis maris appendiculato-villosa. Feminae uterus bicornis“ (*Hemprich* et *Ehrenberg*).

1. Crossophorus collaris *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Caput profunde discretum, collare e fimbriis densis furcatis formato elegantissimo cinctum. Longit. 2—3″.

Crossophorus collaris *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Mamm. (Hyrax). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 292.

Habitaculum. *Hyrax capensis*: in intestino coeco (*Hemprich* et *Ehrenberg*).

2. Crossophorus tentaculatus *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Caput parum discretum, collare nullo. *Os* papillosum, valvis ciliis (tentaculis) tribus longioribus, instructum. Longit. 2—3″.

Digitized by Google

Crossophorus tentaculatus *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Mamm. (Hyrax). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 292.

Habitaculum. *Hyrax capensis*: in intestino coeco (*Hemprich* et *Ehrenberg*).

XX. ASCARIS *LINNÉ*.

Lumbricus *Werner*. — Cucullanus *Goezè*. — Capsularia et Fusaria *Zeder*. Oxolaimus, Atractis et Heterakis *Dujardin*.

Corpus subcylindricum, subaequale utrinque aut antrorsum v. retrorsum magis attenuatum, inerme, rarissime armatum. *Caput* subconicum corpore continuum, nudum v. alatum. *Os* terminale trilabiatum, labiis seu valvulis in triangulum dispositis clausum. *Extremitas* caudalis nuda v. alata. *Penis* filiformis in vagina bipartita, cruribus linearibus, interdum longissimis; feminae apertura genitalis in anteriore v. posteriore corporis parte collocata. Ovipara rarissime vivipara. — Mammalium et Avium rarius Amphibiorum et Piscium endoparasita, in tractu intestinali, rarissime in organis aliis obvia.

Conspectus dispositionis specierum.

A. GYMNOASCARIDAE. Corpus inerme.

DIVISIO I. *Apterocephalae*. Caput haud alatum.

SUBDIVISIO I. Oxycercae.

Corpus feminae saltem retrorsum subulatum (*macrurae*) aut subaequale apice caudali mucronato (*brachyurae*). *Ventriculus* globosus. *Caput* epidermide inflata v. stricte adnata.

a) *Macrurae*.

Caput epidermide inflata. Sp. 1—2.
Caput epidermide stricte adnata Sp. 3—16.

b) *Brachyurae*.

Sp. 17—20. et 21.?

SUBDIVISIO II. Euascaridae.

Corpus subaequale, aut antrorsum v. retrorsum magis attenuatum. *Ventriculus* elongatus mortariiformis.

Digitized by Google

Corpus antrorsum attenuatum Sp. 22—44. et 45.?
Corpus retrorsum attenuatum Sp. 46—48.
Corpus utrinque aequaliter attenuatum. Sp. 49—59.

DIVISIO II. *Pterocephalae.* Caput alatum.

SUBDIVISIO I. Oxycercae.

Corpus feminae saltem retrorsum subulatum. *Ventriculus* globosus. *Caput* alis 2—4.

Dipterocephalae. Caput alis duabus marginalibus. Sp. 60—63.
Tetrapterocephalae. Caput alis quatuor cruciatim dispositis. Sp. 64.

SUBDIVISIO II. Euascaridae.

Corpus subaequale aut antrorsum v. retrorsum magis attenuatum. *Ventriculus* elongatus mortariiformis. *Caput* alis 2.

Heteropterocephalae. Caput alis duabus inaequalibus Sp. 65.
Isopterocephalae. Caput alis duabus aequalibus.
Corpus antrorsum attenuatum Sp. 66—74.
Corpus utrinque aequaliter attenuatum Sp. 75—93.

B. ECHINOASCARIDAE. Corpus armatum.
Sp. 94—95. et 96.?

A. GYMNOASCARIDAE. Corpus inerme.

DIVISIO I. *Apterocephalae.* Caput haud alatum.

SUBDIVISIO I. Oxycercae.

Corpus feminae saltem retrorsum subulatum (*macrurae*) aut subaequale apice caudali mucronato (*brachyurae*). *Ventriculus* globosus. *Caput* epidermide inflata aut stricte adnata. — Ascaridum formae utplurimum minores, generi Oxyuridi similes. In Mammalium, Avium et Amphibiorum intestino coeco aut recto obviae.

a) *Macrurae.*

α. Caput epidermide inflata.

1. Ascaris vermicularis *LINNE.*

Caput nudum, epidermide inflata. *Os* labiis noduliformibus. *Corpus* antrorsum attenuatum, maris in spiram tortum,

Digitized by Google

feminae rectum, extremitatibus caudalibus subulatis rectis. Longit. mar. 1—1½‴; fem. 2—5‴; crassit. ¼‴.

Ασκαρίδες *Aristoteles*: Histor. de animal. Julio Caesare Scaligero interprete lib. V. Cap. XVIII. 597.

Ascaris vermicularis *Linné*: Syst. nat. edit. XII. 1076. — Phelsum Hist. Ascar. (cum ic. pessima) — *Müller*: Hist. verm. I. 2. 34. — *Fabricius*: Fauna Groenl. 271. — *Bloch*: Abh. 31. — *Goeze*: Naturg. 102—106. Tab. V. 1—5. — *Werner*: Brev. expos. 72—75. Tab. V. Fig. 133—137. (icon pessima partim e Phelso mutuata.) — *Gmelin*: Syst. nat. 3029. — *Schrank*: Vers. 6. — *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 2. 18. — *Jörden*: Helminth. 19. Tab. II. 1—5. (ic. *Goezei*) - *Brera*: Vorles. 18. Tab. IV. 7—11. (ic. *Goezei*) — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 152.; ej. Synops. 44. et 276. — *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. VI. 47. — *Creplin*: ibid. XXXII. 282. — *Raspail*: Lancette franç. N. 140. et 141. — Froriep N. Notiz. IX. 199. (de influxu nocivo). — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. 1844. XIII. 170.

Fusaria vermicularis *Zeder*: Naturg. 107.

Oxyuris vermicularis *Bremser*: Leb. Würm. 79—84. Tab. I. 6—12. (mas et femina). Versio p. *Grundler* (1837.) 149. Tab. I. 3. et II. 1. — *Delle Chiaje*: Compend. di Elmintogr. umana. 2. edit. 4. et 104. Tab. I. 4. — *Dugès*: in Annal. des sc. nat. IX. 228. Tab. XLVII. 1. 6. 12. 14. 18. Tab. XLVIII. 28. et 34. (anatom.) — *Deslongchamps*: in Encycl. méth. Vers. 598. — *Lamarck*: Anim. s. vert. 2. édit. 662. — (*Humdéjen*) *Tutschek*: Medicin. Zustände in Tumale 15. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 138. — *Mayer*: neue Untersuch. a. d. Gebiet. d. Anat. u. Physiol. 9. — *Siebold*; in *Wiegmann's* Arch. 1845. 214. — *Pruner*: Krankheiten d. Orients. 1847. 244. — *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. III. sér. 1849. XI. 167—170. Tab. VII. 3. (cum anatom.)

Habitaculum. *Homo*: copiose in infantum, rarius in adultorum intestinis crassis praesertim recto, erratice in vagina muliebri, in omni gente europaea. — Tumale in Africa centrali teste *Djalo Djondan Are* apud *Tutschek*. — In Aegypto (*Pruner*). M. C. V.

Nota. Individua mascula Cel. de *Soemmering* primus detexit. — Capitis epidermis inflata alas mentit.

Species in Simiarum Brasiliensium intestinis crassis obvia affinis quidem ast omnino diversa.

2. Ascaris oxyura *NITZSCH.*

Caput nudum, epidermide inflata; *os* labiis nodularibus.

Digitized by Google

Corpus maris ...; feminae antrorsum attenuatum, extremitate caudali subulata recta. Longit. $1\frac{1}{2}$—3″; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Ascaris vermicularis β. Muris *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 99.
Oxyuris obvelata *Bremser*: in *Rudolphi* Synops. 19. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 170. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 140.
Ascaris obvelata *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 2. 18. — Ej. Entoz. hist. II. 155. et Synops. 44. et 280.
Fusaria obvelata *Zeder*: Naturg. 108.
Ascaris oxyura *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. VI. 48. Tab. III. ad sinistr. 1—6. — *Schmalz*: Tab. XIX. Entoz. illust. 54. Tab. XVII. 8. et 9. (anatom.; ic. *Nitzschii*).

Habitaculum. *Mus Musculus* (*Frölich et Rudolphi*), Februario et Martio (*Nitzsch*), omni anni tempore (*Bremser*), in Hibernia (*Bellingham*), Septembri, in Brasilia (*Natterer*). — *Mus minutus*, Remi (*Dujardin*). — *M. sylvaticus*, vere et aestate. — *M. Rattus*. — *Lemmus Amphibius*. — *L. arvalis*, aestate et autumno (*Bremser*). — *L. rutilus*, Remi (*Dujardin*). — *Holochilus brasiliensis*, Septembri. — *Hesperomys leucogaster*, Junio. — *Oxymycterus nasutus*, Januario, in Brasilia (*Natterer*). — *Arctomys Citillus*, autumno: in eorum intestino coeco. M. C. V.

β. Caput epidermide stricte adnata.

3. Ascaris distans *RUDOLPHI*.

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis exiguis. *Corpus* maris antrorsum attenuatum, extremitate caudali uncinata apice mucronata; feminae recta subulata. Longit. mar. $\frac{1}{2}$—1″; fem. 1 - $1\frac{1}{2}$″; crassit. $\frac{1}{2}$‴.

Ascaris distans *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 129. — Ej. Synops. 38. — *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. VI. 46. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. IV. 12—15. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 220.

Habitaculum. *Simia Sabaea*, Martio, Berolini (*Rudolphi*); aestate (*Bremser*). — *S. fuliginosa*, Aprili, Vindobonae (*Dies.*). — *Cebus* (*Callithrix*) *caligatus*, Januario, prope St. Gabriel. — *Jacchus* (*Hapale*) *chrysoleucus*, Julio, Borbae. — *J. melanurus*, Octobri, Matogrosso. — *J. bicolor*: in intestino coeco, Septembri, Barra do Rio negro (*Natterer*), reliquae in intestino crasso, rarius coeco. M. C. V.

Digitized by Google

4. Ascaris uncinata *RUDOLPHI.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis longiusculis obtusis. *Corpus* maris subrectum, antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali acute conica inflexa; feminae recta acute conica. Longit. mar. 6—7‴; fem. 8—10‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Ascaris uncinata *Rudolphi*: Synops. 661. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 166.

Habitaculum. *Cavia Aperea*, Februario. — *Coelogenis Paca*, in Brasilia (*Natterer*): in intestino coeco. M. C. V.

5. Ascaris tentaculata *RUDOLPHI.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis oblongis obtusis. *Corpus* maris subaequale, extremitate caudali uncinata apice mucronata; feminae recta subulata. Longit. mar. 3—4‴; fem. 6—8‴; crassit. $\frac{1}{2}$‴.

Ascaris tentaculata *Rudolphi*: Synops. 658. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 168.

Habitaculum. *Didelphis Philander*, Decembri (*Olfers*); Januario, Septembri, Martio et Majo. — *D. Quica*. — *D. domestica*, Martio. — *D. Opossum*, Decembri. — *D. virginiana*, Julio. — *D. cancrivora*. — *D. lanigera*, Novembri, in Brasilia (*Natterer*): in intestinis coecis. M. C. V.

6. Ascaris retusa *RUDOLPHI.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata, retusum; *os* labiis exiguis. *Corpus* maris subaequale, extremitate caudali subrecta oblique truncata, apice mucronata; feminae acute conica recta. Longit. mar. $2\frac{1}{2}$—3‴; fem. 3—4‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Ascaris retusa *Rudolphi*: Synops. 656. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 166.

Habitaculum. *Dasypus Peba*: in tuberculis intestini crassi, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

7. Ascaris forcipata *RUDOLPHI.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis rotundatis obsoletis. *Corpus* maris subaequale, extremitate caudali

Digitized by Google

uncinata, apice mucronata; feminae subulata recta, apice mucronata. Longit. mar. 3—4‴; fem. 4—7‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Ascaris forcipata *Rudolphi*: Synops. 659. (Bucconis). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 171.

Habitaculum. *Monasa torquata.* — *M. tenebrosa.* — *M. tranquilla*, Majo et Septembri. — *M. leucops*, Martio et Julio. — *Capito collaris*, Majo. — *C. macrorhynchus*, Septembri et Decembri. — *C. melanoleucus*, Junio et Decembri. — *C. Tamatia*, Januario, Aprili et Augusto. — *C. rufiventris*, Novembri. — *C. striolatus*, Julio: in eorum intestino coeco, in Brasilia (*Natterer*). M.C.V.

Nota. Ascaridi subulatae valde affinis, alis capitis tamen non visis et caudae papillis interdum sparse obviis forsan diversa.

8. Ascaris vesicularis *FRÖLICH.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis rotundatis obsoletis. *Corpus* maris subaequale, extremitate caudali recta, apice longe subulata, utrinque alata, alis postice 4-costatis; papilla magna subglobosa pedicellata ante penem; feminae subulata recta, papillis pone aperturam genitalem 3—5 uniserialibus tandem evanescentibus. Longit. mar. 3—5‴; fem. 4—6‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Redi Anim. viv. 148. vers. 219.

Ascaris Tetraonis *Gmelin*: Syst. nat. 3034.

Ascaris papillosa *Bloch*: Abh. 32. Tab. IX. 1—6. — *Gmelin*: Syst. nat. 3034. Nr. 40. — *Schrank*: Verz. 12.

Ascaris teres (minor Phasiani Galli et picti) *Goeze*: Naturg. 86. Tab. I. 4. — *Gmelin*: Syst. nat. 3034. No. 44.

Ascaris gallinarum *Gmelin*: Syst. nat. 3034. No. 42. et 43. — *Schrank*: Verz. 9. No. 31. et 33.

Ascaris Urogalli *Viborg*: Ind. Mus. Haf. 236. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 198.

Ascaris vesicularis (Phasiani colchici) *Frölich*: in Naturf. XXV. St. 85—88. Tab. III. 12—14. et XXIX. St. 48. — *Rudolphi*: Obs. I. 12. — Idem: in *Wiedemann's* Arch. II. 2. 16. — Ej. Entoz. hist. II. 130 et Synops. 38. et 268. — *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. VI. 46. — *Creplin*: Observ. 17. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. 1844. XIII. 168.

Fusaria Tetraonis *Zeder*: Naturg. 120.

Fusaria papillosa *Zeder*: Naturg. 112.

Heterakis vesicularis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 223.

Digitized by Google

Habitaculum. *Otis tarda* (*Bloch*), autumno (*Rudolphi*) vario anni tempore. M. C. V. — *O. Tetrax* (*Natterer*). — *Phasianus Gallus* (*Goeze* et *Rudolphi*), omni anni tempore (*Bremser*). Septembri, Cujabae in Brasilia (*Natterer*), in Hibernia (*Bellingham*). — *Ph. colchicus* (*Frölich*), vario anni tempore. M. C. V., in Hibernia (*Bellingham*). — *Ph. pictus* (*Goeze*), autumno (*Rudolphi*), vario anni tempore. M. C. V. — *Ph. nycthemerus*, hieme et vere. M. C. V. — *Pavo cristatus*, Augusto (*Rudolphi*), omni anni tempore. M C.V., in Hibernia (*Bellingham*). — *Numida Meleagris*, omni anni tempore. M. C. V. — *Meleagris Gallopavo*, autumno (*Bremser*). — *Tetrao Lagopus* (*Redi*). — *T. Urogallus* (*Abildgaard*). — *T. Bonasia*, autumno et hieme (*Bremser*). — *Perdix cinerea* (*Frölich*), hieme et vere. M. C. V., in Hibernia (*Bellingham*). — *P. Coturnix*, Anconae (*Rudolphi*), in Hibernia (*Bellingham*). — *P. saxatilis*, vario anni tempore (*Bremser*). — *Anas Tadorna*, in Hibernia (*Bellingham*): in eorum intestinis crassis praesertim coeco. M. C. V.

9. Ascaris dispar *SCHRANK.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis rotundatis obsoletis. *Corpus* maris subaequale, extremitate caudali recta, apice breve subulata, utrinque alata, alis postice costatis; papilla magna subglobosa sessilis ante penem; feminae subulata recta, papillis pone aperturam genitalem 3—6 uniserialibus tandem evanescentibus. Longit. mar. 6—8‴; fem. 6 - 10‴; crassit $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$‴.

Ascaris gallinae? *Frölich*: in Naturf. XXIV. St. 105.
Ascaris dispar *Schrank*: in N. Vet. Handl. 1790. 130. — Ej. Bayerische Reise. 94—98. Fig. 3—6. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 157. — Ej. Synops. 45. — *Creplin*: Observ. 17. et in: *Wiegmann's* Arch. 1846. 144.
Fusaria dispar *Zeder*: Nachtr. 52. — Ej. Naturg. 109.
Heterakis dispar *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 225.

Habitaculum. *Anas Anser dom.* (*Frölich* et *Schrank*), hieme (*Bremser*), Majo et Junio, Gryphiae (*Creplin*). — *A. leucops* (*Creplin*). — *A. canadensis*, vere. — *A. moschata*, hieme: in earum intestino coeco. M. C. V.

Species praecedenti ceterum valde affinis.

Digitized by Google

10. Ascaris strongylina *RUDOLPHI.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis oblongiusculis. *Corpus* maris antrorsum attenuatum, extremitate caudali subrecta, apice longe subulata, utrinque alata, alis margine crenatis; feminae subulata recta. Longit. mar. $1\frac{1}{2}$—$2''$; fem. 2—$4''$; crassit. $\frac{1}{4}''$.

Ascaris strongylina *Rudolphi*: Synops. 651. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 171.

Habitaculum. *Perdix dentata* et *Tinamus Tutaupa*: in intestino coeco, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

11. Ascaris spinicauda *OLFERS.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis ... *Corpus* maris antrorsum attenuatum, extremitate caudali inflexa, apice mucronata, utrinque alata; feminae subulata recta. Longit. mar. $3''$; fem. $4''$; crassit. $\frac{1}{2}''$.

Ascaris spinicauda *Olfers*: in *Rudolphi* Synops. 40. et 272. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 174.

Habitaculum. *Podinema Teguixin*: in intestino crasso et praesertim coeco, Septembri et Octobri, in Brasilia (*Olfers* et *Natterer*). — *Ctenodon nigropunctatus* (*Natterer*). M. C. V.

Nota. Ascaris spinicauda Euprepidis Spixii (Scinci Nr. 9.) *Rudolphi*: Synops. 652. sub palpebris obvia excludenda.

12. Ascaris megatyphlon *RUDOLPHI.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis acutiusculis. *Corpus* maris antrorsum attenuatum, extremitate caudali truncata; feminae subulata recta. Longit. mar. $1\frac{1}{2}''$; fem. ad $3''$; crassit. $\frac{1}{5}$—$\frac{1}{4}''$.

Ascaris megatyphlon *Rudolphi*: Synops. 47. et 285.
Ozolaimus megatyphlon *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 146.

Habitaculum. *Hypsilophus tuberculatus*: in intestino coeco (*Rudolphi*): in specimine theriotrophii Parisiensis emortuo (*Dujardin*).

Nota. Secundum Cl. *Dujardin* os labiis duobus patentibus instructum.

Digitized by Google

13. Ascaris dactyluris *RUDOLPHI.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis nodularibus. *Corpus* maris subaequale retrorsum in spiram tortum, extremitate caudali breve subulata; feminae subulata recta. Longit. mar. vix 1‴; fem. 2—2½‴; crassit. ⅙—¼‴.

Vermis dubius Testudinis terrestris *Redi*: Anim. viv. 144. vers. 214. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 266.
Ascaris dactyluris *Rudolphi*: Synops. 40. et 272.
Atractis dactylura *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 233. et 654.

Habitaculum. *Testudo graeca* (*Redi*), Majo, Romae (*Rudolphi*), omni fere anni tempore copiose (*Bremser* et *Diesing*). — *Chersus marginatus*, Martio (*Diesing*). — *Rhinemys nasuta*, Februario et Julio. — *Podocnemis Tracaxa*, Martio. — *P. expansa*, Majo: in eorum intestinis crassis, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Nota. Secundum Cl. *Dujardin* os spinulis (?) 2—3 armatum.

14. Ascaris leptura *RUDOLPHI.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis obtusis. *Corpus* maris antrorsum attenuatum, extremitate caudali inflexa apice subulata; feminae subulata recta. Longit. mar. 3—5‴; fem. 5—8‴; crassit. ¼—½‴.

Ascaris leptura *Rudolphi*: Synops. 48. et 288.

Habitaculum. *Halichelys atra*: in intestinis crassis, aestate. M. C. V.

15. Ascaris unguiculata *RUDOLPHI.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis rotundatis. *Corpus* maris subaequale rectum, extremitate caudali unguiculata acute conica, feminae breve subulata recta. Longit. mar. 1—1¾‴; fem. 1—2‴; crassit. ⅙‴.

Ascaris unguiculata *Rudolphi*: Synops. 653. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 177.

Habitaculum. *Siphonops annulatus*. — *Amphisbaena fuliginosa*, Martio et Octobri. — *Glyptoderma vermiculare*, Julio.

Digitized by Google

— *Lepidosternon microcephalus*, Novembri. — *Anops Kingii*, Junio: in intestinis crassis, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

16. Ascaris commutata *DIESING.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis nodularibus. *Corpus* maris subaequale, extremitate caudali acuminata mucronata inflexa, papillis longitudinaliter biserialibus utrinque 7 truncato-conicis nodulo terminali instructis obsessa; feminae acute conica. Longit. mar. $2\frac{1}{2}'''$; fem. 3—4'''; crassit. $\frac{1}{2}'''$.

Ascaris brevicaudata *Rudolphi*: Synops. 284. (Bufonis viridis.)

Habitaculum. *Bufo viridis*: in intestinis, omni anni tempore excepto hieme, frequentissime aestate. M. C. V.

Cum Asc. brevicaudata (A. acuminata *Schrank*) a Cel. *Rudolphio* commutata.

b) *Brachyurae.*

17. Ascaris acuminata *SCHRANK.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis nodularibus. *Corpus* maris subaequale, extremitate caudali acuminata, apice mucronata recta; feminae acute-conica, apice mucronata recta. — Vivipara. Longit. mar. $1\frac{1}{2}'''$; fem. 3—4'''; crassit. $\frac{1}{4}'''$.

Ascaris subulata *Goeze*: Naturg. 100. Tab. IV. 4—9. (fem.)
Ascaris Bufonis *Goeze*: Naturg. 435. Tab. XXXV. 7—10. (mas.) — *Gmelin*: Syst. nat. 3035.
Ascaris ani *Schrank*: Verz. 12. (mas.)
Ascaris Ranae *Gmelin*: Syst. nat. 3035. (fem.)
Ascaris Salamandrae *Schrank*: Bayer. Reise. 217. — Idem in: Vet. Ac. Nya. Handl. 1790. 122.
Ascaris acuminata *Schrank*: Verz. 12. — *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 2. 18. — Ej. Entoz. hist. II. 136. et Synops. 40. — *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Phytoz. Turbellar. Corollar. II. (de strict. oesoph.) — *Bagge*: de evolut. Diss. inaug. 1841. 1—12. Fig. 11—13. except. 20. et 28. (fem.) — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1842. 349. et 351. — *Kölliker*: in *Müller's* Arch. 1843. 101. — 136. v. I. Tab. VI. 27. (de evolutione). — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 169. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1845. 213. 214. 215. (anatom.) — *Reichert*: in *Müller's* Arch. 1847. 115—144. Tab. V. 1. a—e. (de spermatozoid.)
Fusaria acuminata *Zeder*: Nachtr. 47. — Ej. Naturg. 105. (fem.)

Digitized by Google

Ascaris brevicaudata *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 2. 28. — Ej. Entoz. hist. II. 165. et ej. Synops. 47. et 283. (exceptis illis Bufonis viridis). — *Nitzsch*: in *Ersch* et *Gruh*. Encycl. VI. 48. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 171. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 176.

Fusaria brevicaudata *Zeder*: Nachtr. 66. Tab. V. 1—6. (ic. mar. bon.) Ej. Naturg. 113.

Fusaria Salamandrae *Zeder*: Naturg. 112.

Oxyuris brevicaudata *Dugès*: in Annal. des sc. nat. IX. 225. Tab. XLVII. 3. et 17. Tab. XLVII. 29. 36.

Oxyuris acuminata *Mayer*: Beytr. zur Anatom. d. Entoz. 15. Tab. III. 16.

Heterakis acuminata *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 227.

Heterakis brevicaudata *Dujardin*: l. s. c. 238. Tab. V. Fig. E.

Habitaculum. *Dendrohyas viridis*: in intestino recto, varie anni tempore (*Goeze*, *Rudolphi*, *Bremser* et pl. alii). — *Phrynohyas Tschudii*, Januario. — *Calamites luteus*, Octobri, in Brasilia (*Natterer*). — *Rana temporaria*, omni anni tempore (*Goeze*, *Bremser*), in Hibernia (*Bellingham*). — *Pelophylax esculentus*, praesertim autumno. M. C. V. — *Phryne vulgaris* (*Goeze*, *Zeder*, *Rudolphi*), vario anni tempore (*Bremser*). M. C. V. — *Docidophryne Agua* et *Leptodactylus sibilatrix*, Novembri et Decembri, in Brasilia (*Natterer*). — *Pelobates fuscus*, aestate et autumno. M. C. V. — *Bombitator igneus*, omni anni tempore, excepto hieme, frequentissime aestate. M. C. V., Remi et Parisiis (*Dujardin*). — *Salamandra atra*, aestate et autumno. M. C. V. — *S. maculosa*, autumno et hieme. M. C. V. Remi et Parisiis (*Dujardin*). — *Triton cristatus*, in Hibernia (*Bellingham*). — *Tropidonotus Natrix*, vario anni tempore. M. C. V. — *Anguis fragilis*, Gryphiae (*Rudolphi*), vario anni tempore (*Bremser*): in eorum intestinis praesertim crassis. M. C. V.

18. Ascaris foecunda *RUDOLPHI*.

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis... *Corpus* maris...; feminae subaequale, extremitate caudali obtusa recta, apice mucronata. *Ovula* oblonga elliptica maxima. Longit. fem. $1\frac{1}{2}$—$2''$; crassit. $\frac{1}{4}''$.

Ascaris foecunda *Rudolphi*: Synops. 654.

Habitaculum. *Trachycephalus occipitalis*: in intestinis crassis, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Nota. Ascaris foecunda *Ceratophrydis variae* vix hujus loci.

Digitized by Google

19. Ascaris gulosa *RUDOLPHI.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis longiusculis. *Corpus* maris subaequale, extremitate caudali subrecta oblique truncata, apice mucronata, sinuata utrinque alata, alis postice tricostatis; feminae mucronata recta. Longit. mar. 3"; fem. 4—6"; crassit. $\frac{1}{3}$".

Ascaris gulosa *Rudolphi*: Synops. 40. et 271.

Habitaculum. *Chelonoidis tabulatus*: in intestino coeco et superiore colonis parte Novembri, Berolini (*Rudolphi*), Januario, Aprili, Junio, Novembri et Decembri. — *Rhinemys nasuta*, Junio: in intestinis crassis, in Brasilia (*Natterer*). — *Testudo graeca*: in intestino crasso, vario anni tempore, Vindobonae (*Diesing*). M.C.V.

20. Ascaris mascula *RUDOLPHI.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis rotundatis distantibus. *Corpus* maris subrectum aequale, extremitate caudali apice mucronata, maris inflexa; feminae recta. Longit. mar. 3—4"; fem. 5—7"; crassit. $\frac{1}{4}$".

Ascaris mascula *Rudolphi*: Synops. 653. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 177.

Habitaculum. *Coluber Lichtensteinii*: in intestinis. — *Pseudophis bivittatus*, Martio, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Species in subdivisione dubia.

21. Ascaris extenuata *RUDOLPHI.*

Caput nudum, epidermide stricte adnata; *os* labiis exiguis. *Corpus* maris ...; feminae antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali obtusa, apice longe mucronata. Longit. fem. 3—4."

Ascaris extenuata *Rudolphi*: Synops. 47. et 287. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 174.

Habitaculum. *Chrysolamprus ocellatus*: in intestino recto, Algesirae (*Natterer*). M. C. V.

SUBDIVISIO II. Euascaridae.

Corpus subaequale, aut antrorsum vel retrorsum magis attenuatum. *Ventriculus* elongatus mortariiformis. — *Asca-*

Digitized by Google

ridum formae majores. In Mammalium, Avium, Amphibiorum et Piscium intestinis, rarius in ventriculo aut aliis organis obviae.

a. Corpus antrorsum attenuatum.

22. Ascaris alienata *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis obtusis. *Corpus* antrorsum attenuatum, extremitate caudali obtuse apiculata, maris inflexa subtus excavata; feminae rectiuscula. Longit. mar. 16‴; fem. 22‴.

Ascaris alienata *Rudolphi*: Synops. 661. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 158.

Habitaculum. *Nasua rufa*: in intestinis, Januario, in Brasilia (*Olfers*).

23. Ascaris simplex *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis exiguis. *Corpus* antrorsum attenuatum, extremitate caudali maris involuta, utrinque alata, subtus papillis 8—10 obsessa; feminae recta obtusa. Longit. mar. $1\frac{1}{2}$‴; fem. $3\frac{1}{2}$‴; crassit. $\frac{1}{2}$—1‴.

Ascaris Delphini gangetici *Lebeck*?: in N. Schrift. d. Berlin. Gesell. Nat. Fr. III. 282. — *Rudolphi*: Synops. 54. et 296.

Ascaris simplex *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 170. — Ej. Synops. 49. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 220.

Habitaculum. *Delphinus Phocaena*: in ventriculo primo (*Albers*). M. C. V. — *Delphinus Nr.* 5, ad insulas Maldivicas (*Dussumier*). Mus. Paris. — *D. gangeticus*: in oesophago et ventriculo (*Lebeck*).

24. Ascaris microcephala *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis basi constrictis. *Corpus* antrorsum valde attenuatum, extremitate caudali maris inflexa; feminae recta breve acuminata. Longit. 12—14‴.

Ascaris microcephala *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 167. — Ej. Synops. 48. et 288. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 172. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 134.

Ascaris Ciconiae *Rosa*: Lettere zoolog. 4. — *Rudolphi*: Synops. 55. et 298.

Ascaris Ardearum *Rudolphi*: Synops. 55.

Habitaculum. *Ardea comata*: in abdomine, Majo (*Nitzsch*).

Digitized by Google

— *A. Nycticorax*: in oesophago et ventriculo, Aprili, Armini (*Rudolphi*). — *A. stellaris*: in proventriculo (*Creplin*). — *A. purpurea*: in intestinis, vere et aestate. M. C. V. — *Ciconia nigra*: in ventriculo (*Rosa*). — *C. alba*: in intestinis, vere. M. C. V.

25. Ascaris Serpentulus *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis suborbicularibus. *Corpus* maris subaequale, subrectum, feminae antrorsum attenuatum, retrorsum laxe spirale, extremitate caudali maris inflexa conica apice mucronata; feminae acuta. Longit. mar ultra 1", crassit. $\frac{1}{2}$'''; fem. $1\frac{1}{2}$—2", crassit. $\frac{1}{2}$—1'''.

Ascaris Ardeae *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 44. Tab. I. 17. 18. (fem. ?)

Ascaris Serpentulus *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 191. — Ej. Synops. 53. 296. et 664. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. V. 9—14. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 282. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 172.

Habitaculum. *Ardea cinerea*: in intestinis (*Braun*), Julio (*Frölich*). — *A. Grus*: in intestinis, Gryphiae (*Roschhof, Schilling* et *Creplin*). — *A. major*, ibid. M. C. V. — *A. Nycticorax*: in intestinis, Februario. — *A. pileata*: in oesophago, Julio. — *A. caerulea*: in intestinis, Aprili. — *A. Agami*: in ventriculo, Octobri, in Brasilia (*Natterer*). — *A. scapularis*: in ventriculo, Majo. — *A. No. II.* Mus. Berol.: in ventriculo, Martio. — *A. No. VI.* Mus. Berol.: in oesophago et ventriculo, in Brasilia (*Olfers*). M. C. V.

26. Ascaris depressa *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis magnis. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, flexuosum vel subspirale, maris teretiusculum, feminae depressiusculum, extremitate caudali maris inflexa obtusa, subtus papillosa, breve mucronata; feminae obtuse conica recta. Longit. mar. $1\frac{1}{2}$—2"; fem. 3—5"; crassit. $\frac{1}{2}$—1'''.

Ascaris Acus (Albicillae) *Bloch*: Abh. 31.

Ascaris teres Milvi *Goeze*: Naturg. 85.

Ascaris Albicillae *Gmelin*: Syst. nat. 3033. No. 27.

Ascaris Milvi *Gmelin*: Syst. nat. 3033. No. 19. — *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 34. Tab. I. 15. 16.

Ascaris Nisi *Frölich*: ibid. 35.

Ascaris aequalis *Frölich*: ibid. 37.

Ascaris Buteonis *Frölich*: ibid. 39. Tab. I. 13. 14.

Digitized by Google

Ascaris spiralis *Rudolphi*: Obs. II. 11. — Idem in: *Wiedemann's* Arch. II. 2. 25. — Ej. Entoz. hist. II. 189. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 196.

Fusaria spiralis *Zeder*: Naturg. 110. (Synon. praeter *Rudolphiana* excl.)

Fusaria depressa (Albicillae) *Zeder*: Nachtr. 37.

Ascaris depressa *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 143. — Ej. Synops. 42. et 276. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 169. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 192. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 129. 130. et 131.

Ascaris Gypina *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 194.

Habitaculum. *Falco Albicilla*: in intestinis praesertim tenuibus (*Bloch*), Augusto (*Zeder*). — *F. Milvus*, Octobri, Gryphiae (*Rudolphi*), vere et autumno. M. C. V. — *F. palumbarius*, Berolini (*Rudolphi*), aestate et autumno (*Bremser*). — *F. Buteo*, Julio, Berolini (*Rudolphi*), omni anni tempore (*Bremser*). — *F. apivorus*, aestate et autumno. — *F. Chrysaëtos*, autumno et hieme. — *F. cyaneus*, omni anni tempore. — *F. Lagopus*, saepissime hieme. — *F. lanarius*, autumno. — *F. naevius*, aestate. M. C. V. — *F. Nisus*, vario anni tempore, M. C. V., in Hibernia (*Bellingham*). — *F. rufus*, vario anni tempore, M. C. V., in Hibernia (*Bellingham*). — *F. pennatus*, aestate. — *F. peregrinus*, vere. — *F. Tinnunculus*, vere et autumno. M. C. V. — *F. imperialis* et *F. Lithofalco*, Gryphiae (*Creplin*), Vindobonae (*Diesing*). — *F. gallicus* (*Schilling*). — *F. ater* (*Creplin*). — *F. brasiliensis*. — *F. degener*. — *F. rutilans*, in Brasilia (*Natterer*). — *Vultur cinereus*, vere. — *V. fulvus*, hieme et vere. M. C. V. — *Striæ brachyotus*. — *S. Nyctea* (*Creplin*). — *S. Tangmalmi* (*Mehlis*). — *S. flammea*, Martio et Augusto, Gryphiae (*Rudolphi*). — *S. Stridula* (*Braun*). — *S. Bubo* (*Nitzsch*), vario anni tempore (*Bremser*). — *S. Otus*, vario anni tempore, M. C. V., in Hibernia (*Bellingham*). — *S. Aluco*, omni anni tempore. M. C. V.

Notae. 1. Marium rarissimorum penis nunquam protractus visus.
2. Ascaridem Falconis Lithofalconis cutem exuere vidi.
3. A Cel. *Rudolphio* ad species capite alate insignitas relata.

27. Ascaris spiculigera *RUDOLPHI*.

Caput nudum; *os* labiis exiguis. *Corpus* antrorsum attenuatum, extremitate caudali inflexa, brevissime apiculata, maris acuta, feminae obtusiuscula; vagina penis cruribus longissimis. Longit. mar. 5—10‴; fem. 8—18‴; crassit. $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$‴.

Digitized by Google

Ascaris variegata *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 169. — Ej. Synops. 49. (fem.) — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 172.

Ascaris Colymborum Cat. Ent. Vind. 4. — *Rudolphi*: Synops. 55. et 664.

Ascaris Mergorum *Rudolphi*: Synops. 56.

Ascaris an Strongylus? *Perrault, Charras* et *Dodart* Abhandl. z. Naturgesch. d. Thiere und Pflanzen, aus d. Franz. I. 253. — *Sulteney*: in Transact. of the Linnean societ. V. 24—27.

Ascaris spiculigera *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 168. — Ej. Synops. 49. 290. et 662. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. V. 5—8. — *Creplin*: Nov. Obs. 22—29. et in *Wiegmann's* Arch. 1846. 138. — *Mehlis*: in Isis. 1831. 94—96. Tab. II. 11. et 18. (anatom.) — *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Phytoz. Entoz. (cutem exuere viderunt.) — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 171. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 206.

Ascaris praelonga *Dujardin*?: Hist. nat. des Helminth. 201.

Habitaculum. *Colymbus septemtrionalis*: in oesophago, Augusto, Gryphiae (*Rudolphi*), Klausthaliae (*Mehlis*), in Hibernia (*Bellingham*). — *C. arcticus*, autumno. M. C. V. (*Mehlis*), Januario (*Schilling*). — *C. rufogularis*, Majo (*Creplin*). — *Podiceps auritus*. — *P. cristatus*. — *P. minor*, vere, M. C. V. — *P. Dominicensis* (*Natterer*). — *Mergus Serrator*: in oesophago et ventriculo, Februario et Augusto, Gryphiae (*Creplin* et *Schilling*), Vindobonae, vere (*Bremser*). — *M. Merganser*, vere, M. C. V.: in oesophago, in Hibernia (*Bellingham*). — *Uria Troille*: in oesophago et proventriculo, Novembri (*Creplin*). — *Alca Torda*: in ventriculo, Decembri (*Schilling*); in oesophago, in Hibernia (*Bellingham*). — *Larus tridactylus* et *Lestris pomarinus*: in oesophago, in Hibernia (*Bellingham*). — *Pelecanus Onocrotalus*: in ventriculo et oesophago (*Andr. Jurine*), aestate (*Bremser*). — *Carbo Cormoranus*, Majo, Berolini (*Rudolphi*), Klausthaliae (*Mehlis*), omni anni tempore (*Bremser*). — *C. cristatus*: in oesophago, in Hibernia (*Bellingham*). — *C. graculus* (*Mehlis*). — *C. pygmaeus*: in ventriculo, autumno. M. C. V. — *C. brasiliensis*, Aprili et Majo (*Olfers*), Octobri, in Brasilia (*Natterer*). — *Tachypetes Aquila*: in oesophago et ventriculo, Martio, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

28. Ascaris heteroura *CREPLIN.*

Caput nudum; *os* labiis majusculis. *Corpus* antrorsum attenuatum, extremitate caudali maris breve acutiuscula re-

Digitized by Google

tractili; feminae breve acutiuscula. Longit. mar. ad $1\frac{3}{4}''$; fem. 2"; crassit. $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}'''$.

Ascaris Charadriorum *Rudolphi*: Synops. 55.
Ascaris heteroura *Creplin*: Nov. Obs. 30. — *Mehlis*: in Isis. 1831. 90. Tab. II. 16. (anatom.) — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 172. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 200.

Habitaculum. *Charadrius pluvialis*: in intestinis, Octobri, Gryphiae (*Creplin* et *Schilling*), Majo, Klausthaliae (*Mehlis*), autumno et hieme, M. C. V.; in intestinis tenuibus, in Hibernia (*Bellingham*). — *Ch. Morinellus* et *Ch. Oedicnemus*, vere. — *Himantopus melanopterus*, vere et aestate. M. C. V.

29. Ascaris gibbosa *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis ... *Collum* gibbosum. *Corpus* maris subaequale, feminae antrorsum attenuatum, extremitate caudali maris obtuse conica, feminae inflexa subtus plana. Longit. mar. ad 6'''; fem. ad 10'''.

Fusaria strumosa *Zeder*: Nachtr. 64. — Ej. Naturg. 112.
Ascaris gibbosa *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 167. — Ej. Synops. 48. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 217.

Habitaculum. *Phasianus Gallus*: in intestinis rarissima, a *Zedero* solummodo visa.

30. Ascaris sulcata *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis majusculis basi constrictis. *Corpus* antrorsum attenuatum, flexuosum depressiusculum; feminae utrinque manifeste sulcatum; extremitate caudali maris subconica inflexa depressiuscula subtus excavata utrinque anguste alata; feminae breve acute conica recta. Longit. mar. 14—18'''; fem. 1—$4\frac{1}{2}''$; crassit. $\frac{1}{2}$—1'''.

Ascaris sulcata *Rudolphi*: Synops. 48. et 289. — *Dujardin*: Hist. nat des Helminth. 173.

Habitaculum. *Halichelys atra*: in intestinis tenuibus, aestate. M. C. V. — *Geochelone Schweiggeri*, Novembri, Berolini (*Rudolphi*). M. C. V.

31. Ascaris heloptera *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis latis truncatis. *Corpus* subspirale

Digitized by Google

maris subaequale, extremitate caudali involuta obtuse conica; feminae antrorsum attenuatum, extremitate caudali conica. Longit. mar. 2—3½"; fem. 4—6"; crassit. ¾—1¼'''.

Ascaris boloptera *Rudolphi*: Synops. 53. et 295. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 173. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 146.

Habitaculum. *Testudo graeca*: in intestinis, aestate et autumno (*Bremser*). — *Chersus mauritanicus*: in ventriculo et intestinis, Octobri (*Diesing*). — *Ch. marginatus*: in ventriculo (*Creplin*). M. C. V.

Nota. Species, a praecedente vix diversa, ob epidermidem caput ac corpus angustissime marginantem evanescentem meo sensu e pterocephalis expellenda.

32. Ascaris tenuicollis *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis obtusis longiusculis. *Corpus* antrorsum attenuatum, extremitate caudali maris inflexa aut spiraliter involuta, apice oblique truncata, margine cuspidata; feminae acute conica recta. Longit. mar. 4—6'''; fem. 6—8'''; crassit. ¼—½'''.

Ascaris tenuicollis *Rudolphi*: Synops. 47. et 286. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 174.

Habitaculum. *Champsa Lucius*: in ventriculo, Martio, Heidelbergae (*Tiedemann*). — *Ch. sclerops*: in ventriculo, Augusto et Novembri. — *Ch. nigra*: Septembri, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

33. Ascaris Filaria *DUJARDIN.*

Caput nudum; *os* labiis bipapillosis. *Corpus* longum filiforme antrorsum attenuatum, extremitate caudali maris conica papillis 20 biserialibus obsessa; feminae obtusiuscula. Longit. mar. ultra 3", crassit. ⅔'''; fem. 6", crassit. ⅔'''.

Ascaris Filaria *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 653.

Habitaculum. *Astrophis Tigris*: extus ventriculo in sacculo gelatinoso inclusa adhaerens, Pondichery (*Perrotet*), Vindobonae, Julio. — In cavo abdominis individua feminea (*Jos. Natterer*). M.C.V.

Confer Ascaridem majorem *Astrophidis Tigridis* n. 137.

Digitized by Google

34. Ascaris anoura *DUJARDIN.*

Caput nudum; *os* labiis ... *Corpus* longum filiforme, antrorsum attenuatum, extremitate caudali maris circulariter inflexa, obtusa, apice brevissime acuminata; feminae obtusa. Longit. mar. ad 4", crassit. $\frac{1}{4}$"; fem. 5", crassit. 1".

Ascaris Pythonis *Retzius*: in Vetenskaps—Academiens Handlingar för år 1829. 104. et 107. Tab. V.

Ascaris anoura *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 221.

Habitaculum. *Constrictor bivittatus*: in intestinis, Holmiae (*Retzius*), in theriotrophio Parisiensi alvo deposita (*Dujardin*).

Nota. Ex disquisitione anatomica Cl. *Dujardin* uterus quadricornis.

35. Ascaris crassicauda *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis magnis truncatis. *Corpus* maris ...; feminae antrorsum attenuatum flexuosum, extremitate caudali obtusiuscula. Longit. 5—14"; crassit. $\frac{1}{4}$".

Ascaris crassicauda *Rudolphi*: Synops. 50. et 201. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 184.

Habitaculum. *Crenilabrus Tinca*: in intestinis, autumno et hieme. M. C. V.

36. Ascaris aucta *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis ... *Corpus* maris ...; feminae antrorsum attenuatum, extremitate caudali obtusiuscula inflexa alata. Longit. $\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$".

Ascaris Acus *Müller*: in Schrift. d. Berlin. Naturf. Fr. I. 216.

Ascaris Blennii *Gmelin*: Syst. nat. 3036.

Ascaris aucta *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 2. 26. — Ej. Entoz. hist. II. 175. et Synops. 50. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 183

Fusaria aucta *Zeder*: Naturg. 111.

Habitaculum. *Zoarces viviparus*: in intestinis, interdum in peritoneo, semel inter branchia solitarie, Gryphiae (*Rudolphi*).

37. Ascaris labiata *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis maximis. *Corpus* maris ...; feminae antrorsum attenuatum, extremitate caudali acuta depressa. Longit. 1—$1\frac{1}{2}$".

Digitized by Google

Ascaris Anguillae *Abildgaard*: Zool. Dan. IV. 32. Tab. CXLVIII. 1—2.

Fusaria Redii *Zeder*: Nachtr. 58. — Ej. Naturg. 111.

Ascaris labiata *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 172. — Ej. Synops. 49. et 290. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1841. I. 230. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 172. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 190.

Habitaculum. *Anguilla vulgaris*: in intestinis (*Abildgaard, Zeder*), Augusto, Gryphiae (*Rudolphi*). — *A. acutirostris*: in intestinis, in Hibernia (*Bellingham*). — *Conger vulgaris*, Junio, Neapoli (*Rudolphi*).

Nota. Ascaris labiata *Muraenae Myri* in peritoneo testiculos nectente, a Cel. *Rudolphio* Julio Neapoli lecta, vix huc pertinebit.

38. Ascaris truncatula *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis truncatis. *Corpus* maris ...; feminae antrorsum attenuatum, extremitate caudali obtuse acuminata. Longit. 1—1½‴.

Ascaris Acus *Goeze*: Naturg. 90.

Ascaris Percae *Gmelin*: Syst. nat. 3036.

Ascaris bicolor *Rudolphi*: Obs. I. 13.

Fusaria Percae *Zeder*: Naturg. 122.

Ascaris truncatula *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 173. et Synops. 49. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 180.

Habitaculum. *Perca fluviatilis*: in intestinis, Decembri, in hepatis hydatide, Julio et Octobri, in hepatis superficie tunica involuta, Aprili, inter dorsi musculos, Junio. — *Lucioperca Sandra*: in peritoneo, Majo, Gryphiae (*Rudolphi*).

39. Ascaris acuta *MÜLLER.*

Caput nudum; *os* labiis rotundatis. *Corpus* maris ...; feminae antrorsum attenuatum, flexuosum, extremitate caudali acute conica recta. Longit. 1—2½‴; crassit. ½‴.

Ascaris Rhombi *Müller*: in Schrift. d. Berlin. Naturf. Fr. I. 213. — *Gmelin*: Syst. nat. 3036.

Ascaris acuta *Müller*: in Zool. Dan. III. 53. Tab. CXI. ic. 1—5. superiores. — *Gmelin*: Syst. nat. 3031. in Nota. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 182. — Ej. Synops. 51.

Fusaria Rhombi *Zeder*: Naturg. 121.

Digitized by Google

Habitaculum. *Rhombus barbatus* (*Müller*). — *R. maximus*: in intestinis. M. C. V.

40. Ascaris Capsularia *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis exiguis. *Corpus* maris ...; feminae antrorsum attenuatum, posteriore parte v. totum spiraliter convolutum, extremitate caudali acutiuscula. Longit. ad 1''; crassit. $\frac{1}{2}$'''.

Cucullanus salaris *Goeze*: Naturg. 133. Tab. VIII. 9. 10.
Cucullanus lacustris ζ. salaris *Gmelin*: Syst. nat. 3052.
Capsularia salaris *Zeder*: Nachtr. 10.
Capsularia trinodosa *Zeder*: Naturg. 55.
Ascaris Capsularia *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 27. — Ej. Entoz. hist. II. 179. et Synops. 50. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 169. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 187.
Ascaris salaris *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. III. sér. XI. 151. et 152. Tab. VI. 2. (anatom.)

Habitaculum. *Salmo Salar*: in intestinis et in cavo abdominis ad peritoneum (*Goeze*); Gryphiae, vere (*Rudolphi*); Vindobonae (*Bremser*). — *Merlangus communis*: in tunica hepatis. — *Merlucius vulgaris*: in peritoneo. — *Cyclopterus rufus*: in intestinis, in Hibernia (*Bellingham*). M. C. V.

41. Ascaris cuneiformis *RUDOLPHI.*

Caput nudum tenuissimum; *os* labiis ... *Corpus* maris ...; feminae antrorsum attenuatum, rectum, extremitate caudali subtus planiuscula cuneiformi, apice mucronata. Longit. 4—5'''; crassit. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}$'''.

Fusaria cuneiformis *Zeder*: Nachtr. 54. — Ej. Naturg. 111.
Ascaris cuneiformis *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 177. — Ej. Synops 50. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 178. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 185.

Habitaculum. *Cyprinorum variorum* intestina, rarius, a *Zedero* solummodo observata. — *Gobio vulgaris* (*Bellingham*).

Confer. Ascaridem Leucisci Idi Nr. 130.

42. Ascaris incurva *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis obtusis. *Corpus* antrorsum magis attenuatum flexuosum, extremitate caudali maris obtusa, apice

Digitized by Google

papilla conica; feminae longe subulata apice curvata. Longit. mar. 1—2 ; fem. 3—4½''; crassit. ½'''.

Redi: Anim. viv. 162. vers. 242. Tab. XIX. 3.
Vermis dubius Xiphiae Gladii *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 276.
Ascaris incurva *Rudolphi*: Synops. 51. et 292. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 203.

Habitaculum. *Xiphias Gladius*: in intestinorum tuberculis morbidis (*Spedalieri*), Octobri, Berolini (*Rudolphi*), Rocellae (*Dorbigny*). M. C. V.

43. Ascaris rigida *RUDOLPHI.*

Caput nudum; *os* labiis truncatis margine rotundatis. *Corpus* antrorsum attenuatum, flexuosum, extremitate caudali maris incurva cuspidata; feminae obtusa subrecta apice papillata. Longit. mar. 8—11'''; fem. 10'''—3''; crassit. ⅔'''.

Caput continuum haud alatum; *os* papillis tribus. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris semel spiraliter torta, alis latiusculis; feminae incurva apice depressa obtusiuscula. Longit. mar. 4—6‴; fem. 5—14‴; crassit. $\frac{1}{8}$‴.

Acuaria Corvorum: Notit. Collect. insign. 26.
Spiroptera Anthuris *Rudolphi*: Synops. 25. et 243. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 102.
Dispharagus Anthuris *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 75. Tab. V. F.

Habitaculum. *Corvus Caryocatactes*, autumno et hieme. — *C. Corax*, hieme et vere. — *C. Cornix*, omni anni tempore. — *C. Corone*: inter tunicas ventriculi. M.C.V. — *C. frugilegus*: ibidem, saepissime hieme (*Bremser*), in cavo orbitae (*Diesing*): in oesophago, in Hibernia (*Bellingham*). — *C. glandarius* et *Pica*, omni anni tempore. — *C. Pyrrhocorax*, vere. — *Coracias Garrula*, vere. — *Oriolus Galbula*, vere et aestate: inter tunicas ventriculi. M. C. V.

Cel. *Rudolphio* vagina penis tetraphylla, cl. *Dujardin* monophylla visa. Contradictio ex speciminibus spiritu vini servatis vix extricanda.

11. Spiroptera attenuata *RUDOLPHI.*

Caput continuum haud alatum; *os* papillosum. *Corpus* retrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris semel spiraliter torta, alis angustis, vagina penis ...; feminae recta apice attenuata excavata. Longit. mar. 3—4‴; fem. 4—6‴; crassit. vix $\frac{1}{8}$‴.

Acuaria Hirundinum: Notit. Collect. insig. 26.
Spiroptera attenuata *Rudolphi*: Synops. 25. et 244.
Dispharagus attenuatus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 74.

Habitaculum. *Hirundo rustica*. — *H. riparia* et *urbica*: inter tunicas ventriculi, aestate (*Bremser*), Remi (*Dujardin*). M. C. V.

Digitized by Google

12. Spiroptera bidens *RUDOLPHI.*

Caput discretum, retrorsum denticulo utrinque laterali obsessum, haud alatum; *os* papillosum. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris spiraliter torta anfractibus 2, alis angustis; feminae apice brevi incurvo. Longit. mar. 3‴; fem. 6—8‴; crassit. $\frac{1}{6}$‴.

Acuaria Meropis Apiastri: Notit. Collect. insigu. 26.
Spiroptera bidens *Rudolphi*: Synops. 24. et 240.
Dispharagus bidens *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 77.

Habitaculum. *Merops Apiaster*: inter tunicas ventriculi, vere et aestate. M. C. V.

13. Spiroptera crassicauda *CREPLIN.*

Caput continuum haud alatum; *os* papillosum. *Corpus* antrorsum attenuatum, extremitate caudali maris attenuata, semel spiraliter torta, alis latis; feminae recta obtusa. Vivipara. Longit. mar. 2—5‴; fem. 3—10‴.

Strongylus crenulatus *Rudolphi*?: Entoz. hist. II. 238.
Spiroptera Colymbi *Rudolphi*?: Synops. 29.
Spiroptera Anatis *Rudolphi*?: Synops. 29.
Spiroptera crassicauda *Creplin*: Nov. Obs. 5. — *Mehlis*: in Isis. 1831. 74. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 101. et 103.

Habitaculum. *Colymbus rufogularis*: Novembri, Januario et Majo, Gryphiae (*Creplin*), Klausthaliae (*Mehlis*). — *C. arcticus* (*Mehlis*). — *C. septentrionalis*, Augusto, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Anas glacialis*, Januario, Februario, Martio et Decembri (*Creplin*), autumno, M. C. V. — *A. Clangula*, Februario (*Rosenthal* et *Mehlis*). — *A. Tadorna* et *fusca* (*Mehlis*). — *Mergus Serrator*, Martio (*Rosenthal* et *Mehlis*). — *M. Merganser* (*Mehlis*): inter tunicas ventriculi. M. C. V.

14. Spiroptera uncinata *RUDOLPHI.*

Caput continuum haud alatum; *os* papillosum. *Corpus* retrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris semel spiraliter torta, alis linearibus; feminae apice deflexa uncinata. Longit. mar. 3—4‴; fem. 4—8‴; crassit. $\frac{1}{6}$‴.

Spiroptera uncinata *Rudolphi*: Synops. 26. et 246. — *Duardin*: Hist. nat. des Helminth. 102.

Digitized by Google

Habitaculum. *Anas Anser dom.*: in tuberculo oesophagi, Septembri, Berolini (*Klug*).

15. Spiroptera hamulosa *DIESING.*

Caput continuum haud alatum; *os* papillosum. *Corpus* strictum subaequale, extremitate caudali maris spiraliter torta anfractibus 2, alis linearibus; feminae apice deflexa uncinata. Longit. mar. 5—6‴, crassit. $\frac{1}{8}$‴; fem. 12—13‴, crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Habitaculum. *Phasianus Gallus*: in protuberantia carnosa superficiei ventriculi, Septembri, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

16. Spiroptera elongata *RUDOLPHI.*

Caput continuum haud alatum; *os* papillosum. *Corpus* retrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris ...; feminae apice deflexa uncinata. Longit. fem. 11—17‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Acuaria Sternae nigrae: Notit. Collect. insign. 26.
Spiroptera elongata *Rudolphi*: Synops. 26. et 246. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 102.

Habitaculum. *Sterna nigra*: inter tunicas ventriculi, aestate. M. C. V.

17. Spiroptera revoluta *RUDOLPHI.*

Caput continuum haud alatum; *os* papillosum. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris spiraliter torta anfractibus 2, apice revoluta, alis latis; feminae apice depressa divaricata. Longit. mar. 3—4‴; fem. 5—7‴; crassit. $\frac{1}{5}$—$\frac{1}{4}$‴.

Acuaria Charadrii Himantopodis Notit. Collect. insign. 26.
Spiroptera revoluta *Rudolphi*: Synops. 26. et 247. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 100.

Habitaculum. *Himantopus melanopterus*: inter tunicas ventriculi, vario anni tempore (*Bremser*). M. C. V.

18. Spiroptera leptoptera *RUDOLPHI.*

Caput continuum haud alatum; *os* papillosum. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris spirali-

Digitized by Google

ter torta anfractibus 2, alis latis; feminae recta apice acuta depressa. Longit. mar. 3—4‴; fem. 4—7‴; crassit. $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{4}$‴.

Ascaris anceps. *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 36.

Spiroptera leptoptera *Rudolphi*: Synops. 26. et 247. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 102. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 93.

Spiroptera media *Creplin*: Obs. 11. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 95.

Spiroptera? (Ascaris) leptoptera *Rayer*: in Arch. de med. comp. 1843. I. Nr. 2. et 3. 146. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Archiv. 1845. 216.

Spiroptera Sp. nova? Falconis buteonis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 93.

Habitaculum. *Falco Nisus*, Aprili (*Frölich*), autumno (*Bremser*), in Hibernia (*Bellingham*). — *F. Buteo*, Berolini (*Klug*), vario anni tempore. M. C. V. — *F. ater*, Gryphiae (*Schilling*). — *F. cineraceus*, autumno. — *F. Tinnunculus*, vario anni tempore. — *F. cyaneus*. — *F. lanarius*. — *F. palumbarius*. — *F. rufus*. — *F. Subbuteo* M. C. V. — *F. albicollis*. — *F. aurantius*, Novembri. — *F. cachinans*, Octobri. — *F. magnirostris*, Martio. — *F. xanthothorax*. — *F. bidentatus*, Majo. — *F. unicinctus*, Junio, in Brasilia (*Natterer*), in eorum ventriculo. — *Emberiza pecoris*: sub conjunctiva palpebrae, Parisiis (*Rayer*). M. C. V.

19. Spiroptera acutissima *RUDOLPHI*.

Caput continuum haud alatum; *os* papillosum? *Corpus* retrorsum parum attenuatum, extremitate caudali maris spiraliter torta anfractibus 2, alis latis; feminae recta depressa apice acutissimo. Longit. mar. 4‴; fem. 6$\frac{1}{2}$‴.

Spiroptera acutissima *Rudolphi*: Synops. 642. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 95.

Habitaculum. *Falco No.* 3, Mus. Berolin.: in ventriculo, Februario, in Brasilia (*Olfers*).

20. Spiroptera euryoptera *RUDOLPHI*.

Caput subdiscretum haud alatum; *os* papillosum. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris spiraliter torta anfractibus 3, alis latissimis; feminae recta apice obtusiusculo. Longit. mar. 2—3‴; fem. 4‴; crassit. $\frac{1}{3}$‴.

Ascaris Collurionis *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 40.

Digitized by Google

Acuaria Laniorum *Bremser*: Notit. Collect. insign. 26.
Spiroptera euryoptera *Rudolphi*: Synops. 27. et 248. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 97.

Habitaculum. *Lanius Collurio*, Julio (*Frölich*), vere et aestate (*Bremser*). — *L. Excubitor*, autumno et hieme. — *L. minor*, aestate: omnium inter tunicas ventriculi. M. C. V.

21. Spiroptera truncata *CREPLIN.*

Caput continuum haud alatum; *os* papillosum. *Corpus* antrorsum parum attenuatum, extremitate caudali maris semispiraliter torta, alis latis; feminae subinflexa obtusa. Longit. mar. 3‴; fem. 5—7‴; crassit. ad $\frac{1}{5}$‴.

Acuaria Upupae Epopis *Bremser*: Notit. Collect. insign. 26.
Spiroptera Upupae *Rudolphi*: Synops 28.
Spiroptera truncata *Creplin*: Obs. 12. et in *Wiegmann's* Arch. 1846. 132.
Dispharagus truncatus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 77.

Habitaculum. *Upupa Epops*, vere et aestate (*Bremser*), Aprili et Majo, Gryphiae (*Creplin*), Majo, Remi (*Dujardin*). — *Coracias Garrula* (*Creplin*): omnium inter tunicas ventriculi. M.C.V.

22. Spiroptera Subula *DIESING.*

Caput continuum haud alatum; *os* papillis duabus. *Corpus* antrorsum parum attenuatum, extremitate caudali maris uncinata, alis latis; feminae conica. Longit. mar. ad 3‴, crassit. ad $\frac{1}{12}$‴; fem. ad 7‴, crassit. $\frac{1}{8}$‴.

Dispharagus Subula *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 73.

Habitaculum. *Sylvia rubecula*: sub epithelio gutturis, Remi (*Dujardin*).

23. Spiroptera tenuis *DIESING.*

Caput continuum haud alatum; *os* papillis duabus. *Corpus* gracile, extremitate caudali maris inflexa subtus papillosa, alis angustis; feminae attenuata obtusa, parum incurvata medio constricta, transverse striata. Longit. mar. ad 2‴, crassit $\frac{1}{25}$‴; fem. 7‴, crassit. $\frac{1}{12}$‴.

Dispharagus tenuis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 73.

Digitized by Google

Habitaculum. *Saxicola rubetra*: sub epithelio gutturis, Majo, Remi (*Dujardin*).

24. Spiroptera Cystidicola *RUDOLPHI.*

Caput continuum haud alatum; *os* papillosum. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris spiraliter torta anfractibus 2, alis angustis; feminae recta apice inflexo obtusiusculo. Longit. mar. 6—8"; fem. 8—12".

Cystidicola Farionis *Fischer*: in *Reils* Arch. f. Physiol. III. 95—100. Tab. II. et in Journ. de la Phys. p. *Delamétherie* IV. 304—309. c. ic. et in Bullet. des sc. de la soc. Philomat. d. Paris. 1798. 97—98. Fig. a—e.

Fissula Cystidicola *Bosc*: Hist. nat. des vers. II. 37. — *Lamarck*: Anim. s. vert. 2. édit. III. 659.

Ophiostoma Cystidicola *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 1. 48. — Ej. Entoz. hist. II. 122. — *Zeder*: Naturg. 129.

Spiroptera Cystidicola *Rudolphi*: Synops. 26. et 245. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 102. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 151.

Dispharagus Cystidicola *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 81.

Habitaculum. *Salmo Fario*: in vesica natatoria, omni anni tempore, frequentissime hieme (*Fischer*, *Bremser* et *Otto*), in Hibernia (*Bellingham*). — *Coregonus oxyrhynchus*. — *Thymallus vexillifer*: in oesophago, Novembri, Berolini (*Rudolphi*), Gryphiae (*Creplin*). M. C. V.

B. Caput alis duabus marginalibus.

a. Os nudum.

25. Spiroptera laticeps *RUDOLPHI.*

Caput continuum, alis postice rotundatis subsagittatis; *os* nudum. *Corpus* rectum antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris spiraliter torta anfractibus subtribus, alis angustissimis; feminae recta apice depressa obtusiuscula. Longit. mar. 3—4"; fem. 5 6"; crassit. $\frac{1}{4}$".

Spiroptera laticeps *Rudolphi*: Synops. 23. et 238. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 131.

Dispharagus laticeps *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 71.

Habitaculum. *Falco Lagopus*, autumno et hieme, M. C. V.

Digitized by Google

— *Strix brachyotus* (*Mehlis*). — *St. Bubo* (*Creplin*): in oesophago. M. C. V.

26. Spiroptera Serpentulus *DIESING.*

Caput continuum truncatum alis linearibus; *os* nudum. *Corpus* utrinque antrorsum tamen magis attenuatum, maris semispirale; feminae laxe spiraliter tortum anfractibus 1—3; extremitate caudali maris obtusa semispirali, alis angustis utrinque tricostatis; feminaé depressiuscula obtuse-conica. Longit. mar. 2—3‴; fem. 4—7‴; crassit. $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$‴.

Spiroptera Falconis *Rudolphi*: Synops. 28. et 254.

Habitaculum. *Falco rufipes*: inter tendines pedum, vere. M. C. V. — *F. cachinans*, Octobri. — *F. aquilinus*, Septembri. — *F. gracilis*, Novembri et Januario. — *F. milvoides*, Octobri. — *F. magnirostris*, Januario. — *F. Urubutinga*, Aprili. — *F. melanops*, Januario. — *F. unicinctus*, Decembri: inter tendines calcis et digitorum. — *F. nitidus*, Octobri: inter tendines ad articulationem ulnae, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

b. Os papillosum.

27. Spiroptera alata *RUDOLPHI.*

Caput continuum alis subsagittatis; *os* papillosum. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris depressa spiraliter torta anfractibus 3, alis latis; feminae recta depressa apice breve-alata. Longit. 3—4‴.

Ascaris parvula *Frölich*?: in Naturf. XXIX. St. 45. Tab. I. 9. 10. (mala).

Ascaris sagittata *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 189.

Spiroptera alata *Rudolphi*: Synops. 23. et 239. — *Nathusius*: in *Wiegmann's* Arch. 1837. I. 65. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 99.

Habitaculum. *Ciconia nigra*: inter tunicas ventriculi, vere (*Braun*, *Frölich* et *Nathusius*). — *Ardea purpurea* (*Bremser* et pl. a.) M. C. V.

Digitized by Google

II. Corpus armatum.

28. Spiroptera aculeata *CREPLIN.*

Caput discretum; *os* papillosum. *Corpus* aculeorum seriebus quatuor longitudinalibus armatum, extremitate caudali maris spiraliter torta anfractibus 2—4, alis tenuissimis; feminae subrecta obtusiuscula. Longit. fem. 4—5‴.

Spiroptera aculeata *Creplin*: Obs. 14. et: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 136. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 99.

Habitaculum. *Tringa variabilis*: in proventriculi tuberculo, Aprili, Gryphiae (*Creplin*). — *Charadrius Hiaticula*: in oesophago (*Creplin* et *Mehlis*).

29. Spiroptera horrida *DIESING.*

Caput discretum obtusum; *os* papillosum. *Corpus* retrorsum valde attenuatum, antrorsum aculeorum seriebus quatuor longitudinalibus armatum, extremitate caudali maris ...; feminae recta acuta nuda. Longit. 3‴.

Strongylus horridus *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 237. Tab. III. 8—10.
Spiroptera Gallinulae *Rudolphi*: Synops. 38. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 99.

Habitaculum. *Scolopax Gallinula*: in oesophago, Julio, Gryphiae (*Rudolphi*).

30. Spiroptera echinata *DIESING.*

Caput continuum alis linearibus; *os* papillosum. *Corpus* retrorsum magis attenuatum, aculeorum serie simplici in utraque linea laterali, extremitate caudali maris nuda semel spiraliter torta, alis angustis; feminae recta nuda apice attenuata. Longit. mar. 3—3½‴; fem. 4—5‴; crassit. ¼‴.

Habitaculum. *Mergus Albellus*: in oesophago, vere. M.C.V.

31. Spiroptera tricolor *DIESING.*

Caput obtusum parum inflatum echinatum; *os* orbiculare protractile? *Corpus* filiforme utrinque obtusum, antrorsum echinatum, album, in regione oesophagi laete rubrum, intestinis nigris transparentibus. Longit. 11‴; crassit. ⅓‴.

Digitized by Google

Spiroptera Tadornae *Bellingham*?: in Ann. of nat. hist. XIII. 102.
Hystrichis tricolor *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 290.

Habitaculum. *Anas Tadorna*: in oesophagi tuberculis (*Bellingham*). — *A. Boschas fera* et *dom.*: in proventriculi tuberculis, Martio, Remi (*Dujardin*).

Individua a Cl. *Bellingham* lecta $1\frac{1}{2}''$ longa.

32. Spiroptera Procellariae *BELLINGHAM.*

Caput ...; *os* orbiculare prominulum papillis quatuor. *Corpus* antrorsum attenuatum subpellucidum, aculeorum seriebus quatuor longitudinalibus antrorsum evanescentibus, extremitate caudali maris ...; feminae conica aculeis uncinatis validioribus obsessa. Longit. fem. 6—7‴.

Spiroptera Procellariae Anglorum *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 102. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 102.

Habitaculum. *Procellaria Anglorum*: in gutture, in Hibernia (*Bellingham*).

Species inquirendae.

I. Mammalium.

33. Spiroptera Hominis *RUDOLPHI.*

Caput truncatum papillosum. *Corpus* antrorsum parum attenuatum subspiraliter involutum, extremitate caudali maris apice longo obtuso, alis tenuissimis; feminae apice brevissimo obtuso tenui ac pellucido. Longit. mar. 8‴; fem. 10‴.

Lawrence: in Medic. chirurgic. Transact. publish. by the medic. and chirurgic. society of London. II. 385—395. Tab. VIII.

Spiroptera Hominis *Rudolphi*: Synops. 27. et 250—253. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 84.

Strongylus Gigas pullus? *Bremser*: Lebend. Würm. 226. Tab. IV. 6—10.

Spiroptera Rudolphii *Delle Chiaje*: Compend. di Elmintograf. uman. 2. ediz. 5. et 107. Tab. I. 5.

Var. β. major? Longit. 1—6″.

Brighton: in The americ. Journ. of the medic. scienc. 1837. — The medic. chirurg. review. 1837. Nr. 54. 495. — *Froriep's*: Neue Notiz. VII. 224. — Zeitschr. f. d. gesammt. Mediz. 1837. VI. 240. — *Wiegmann's* Arch. 1838. 2. 294.

Habitaculum. *Homo*: e vesica urinaria puellae 24 anno-

Digitized by Google

rum, Londini (*Barnet*). M. C. V. — β. *major*: ibidem e femina 35 annorum, Hartlandiae, in America septentrionali (*Brighton*).

Nota. Color albus var. β. *majoris Eustrongylo* repugnare videtur.

34. Spiroptera Simiae *RUDOLPHI.*

Caput continuum haud alatum. *Corpus* retrorsum parum attenuatum, extremitate caudali maris ...; feminae alata acuta incurva. Longit. fem. ultra 1".

Filaria alata *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 67.
Spiroptera Simiae *Rudolphi*: Synops. 27. et 253. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 84.

Habitaculum. *Simia Maimon*: inter tunicas ventriculi (*Albers*).

35. Spiroptera Leonis *RUDOLPHI.*

Redi: Anim. viv. 136. vers. 203.
Strongylus Leonis *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 242.
Spiroptera Leonis *Rudolphi*: Synops. 27. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 89.

Habitaculum. *Felis Leo*: in tuberculis oesophageis (*Redi*).

36. Spiroptera Tigridis *RUDOLPHI.*

Góüye: in Hist. de l'Acad. roy. d. sc. 1702. 51.
Duhalde: in Commerc. litt. nor. 1738. 332.
Strongylus Tigridis *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 243.
Spiroptera Tigridis *Rudolphi*: Synops. 28. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 89.

Habitaculum. *Felis Tigris*: in ventriculo, in China (*Góüye*), in gula et in ventriculo (*Duhalde*).

37. Spiroptera Ursi *RUDOLPHI.*

Caput exiguum; *os* orbiculare. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris ...; feminae recta depressa obtusiuscula anguste alata. Longit. fem. 12—19"; crassit. $\frac{1}{8}$".

Spiroptera Ursi *Rudolphi*: Synops. 28. et 253. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 88.

Habitaculum. *Ursus Arctos*: in oesophago, hieme. M. C. V.

Digitized by Google

38. Spiroptera Hystricis *RUDOLPHI.*

Redi: Anim. viv. 136. vers. 203.
Strongylus Hystricis *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 243.
Spiroptera Hystricis *Rudolphi*: Synops. 28. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 90.

Habitaculum. *Hystrix cristata*: in tuberculis oesophagi (*Redi*).

39. Spiroptera Citilli *RUDOLPHI.*

Caput continuum rotundatum alatum; *os* papillosum. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris ..., feminae obtusa parum incurvata. Longit. fem. 6—6½‴; crassit. ⅓‴.

Spiroptera Citilli *Rudolphi*: Synops. 28. et 254. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 89.

Habitaculum. *Arctomys Citillus*: in ventriculo, autumno. M. C. V.

40. Spiroptera Nasicola *LEUCKART.*

Caput continuum; *os* orbiculare nudum. *Corpus* retrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris subrecta, apice truncato breve aculeata, brevissime alata; feminae acuta parum inflexa. Longit. mar. 5—6‴; fem. 8—18‴; crassit. ad ⅓‴.

Filaria Nasicola *Leuckart*: Zoolog. Bruchst. III. 33.
Spiroptera? Nasicola *Leuckart*: l. c. 43. Tab. I. 9. a. b. Tab. II. 4. a—g. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 88.

Habitaculum. *Mustela Putorius* et *Foina*: in sinu frontali et labyrintho ossis ethmoidei, Januario et Februario, Fryburgi in Brisgavia (*Leuckart*). M. C. V.

41. Spiroptera Ratti *DIESING.*

Spiroptera species dubia *Gurlt*: in Magaz. f. d. gesammte Thierheilk. 1838. 226.

Habitaculum. *Mus Rattus*: in vesicà urinaria, Berolini (*Gurlt*).

Digitized by Google

II. Avium.

42. Spiroptera quadriloba *RUDOLPHI.*

Caput utrinque bilobum; *os* papillosum. *Corpus* curvatum, antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris ...; feminae apice acuta. Longit. 4—5‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Spiroptera quadriloba *Rudolphi*: Synops. 25. et 241.
Dispharagus quadrilobus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 79.

Habitaculum. *Picus viridis*: in oesophago, Junio, Berolini (*Rudolphi*). M. C. V.

43. Spiroptera Philomelae *DIESING.*

Caput obtusum; *os* nudum. *Corpus* maris ...; feminae crassiusculum aequale, extremitate caudali rotundata. Longit. 8—9‴.

Filaria abbreviata *Rudolphi*: Synops. 4. et 210.

Habitaculum. *Sylvia Philomela* et *Saxicola stapezina*: circa oculum. M. C. V.

44. Spiroptera Strigis *RUDOLPHI.*

Caput continuum obtusum; *os* nudum. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris ...; feminae recta apice mucronata. Longit. 5—9‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Acuaria Strigis: Notit. collect. insign. 26.
Spiroptera Strigis *Rudolphi*: Synops. 28.
Spiroptera Strigis Aluconis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 96.

Habitaculum. *Strix Scops*, vere (*Bremser*). — *S. Aluco* Martio, Remi (*Dujardin*): inter tunicas ventriculi. M. C. V.

45. Spiroptera fallax *SIEBOLD*:

in *Burdach's* Physiolog. 2. Aufl. II. 209.

Habitaculum. *Strix flammea*: in proventriculo (*Siebold*).

46. Spiroptera Corvi Coracis *BELLINGHAM*:

in Ann. of nat. hist. XIII. 102.

Habitaculum. *Corvus Corax*: in oesophago, in Hibernia (*Bellingham*).

Digitized by Google

47. Spiroptera Sturni *RUDOLPHI.*

Caput continuum; *os* nudum. *Corpus* antrorsum valde attenuatum, extremitate caudali maris ...; feminae depressiuscula oblique conica. Longit. 7‴; crassit. $\frac{1}{8}$‴.

Acuaria Sturni Notit. Collect. insign. 26.
Spiroptera Sturni *Rudolphi*: Synops. 28. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 98.

Habitaculum. *Cinclus aquaticus*: inter tunicas ventriculi, hieme. M. C. V.

48. Spiroptera Charadrii pluvialis *BELLINGHAM*:

in Ann. of nat. hist. XIII. 102.

Habitaculum. *Charadrius pluvialis*: in oesophago, in Hibernia (*Bellingham*).

49. Spiroptera Falcinelli *RUDOLPHI.*

Caput continuum; *os* nudum. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris ...; feminae recta obtusa. Longit. 5‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Acuaria Falcinelli: Notit. Collect. insign. 26.
Spiroptera Falcinelli *Rudolphi*: Synops. 28. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 99.

Habitaculum. *Ibis Falcinellus*: inter tunicas ventriculi, vere et aestate. M. C. V.

50. Spiroptera Vanelli *RUDOLPHI.*

Caput continuum truncatum; *os* papillosum. *Corpus* retrorsum magis attenuatum tortuosum, extremitate caudali maris ...; feminae recta acute-conica. Longit. 4—6‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Strongylus Vanelli: *Schrank*: in Vet. Acad. Nya Handl. 1780. 122. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 239.
Acuaria Vanelli: Notit. Collect. insign. 26.
Spiroptera Vanelli *Rudolphi*: Synops. 29. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 98.

Habitaculum. *Vanellus cristatus*: in intestinis (*Schrank*), inter tunicas ventriculi, vere et aestate. M. C. V.

Digitized by Google

51. Spiroptera Fulicae *RUDOLPHI.*

Caput continuum; *os* nudum. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris ...; feminae recta acuteconica. Longit. 4—5‴; crassit. $\frac{1}{3}$‴.

Acuaria Fulicae Notit. Collect. insign. 26.
Spiroptera Fulicae *Rudolphi*: Synops. 29. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 101.
Spiroptera Fulicae atrae *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 102.

Habitaculum. *Fulica atra*: inter tunicas ventriculi, hieme (*Bremser*): in intestinis tenuibus, in Hibernia (*Bellingham*). M.C.V.

52. Spiroptera Sternae *RUDOLPHI.*

Caput obtusum; *os* obsolete nodulosum. *Extremitas* caudalis maris ...; feminae obtusa reflexa. Longit. 3‴.

Strongylus ambiguus *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 2. 43. — *Zeder*: Naturg. 93. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 239.
Spiroptera Sternae *Rudolphi*: Synops. 29.

Habitaculum. *Sterna Hirundo*: inter tunicas oesophagi, Julio, Gryphiae (*Rudolphi*).

53. Spiroptera adunca *CREPLIN*:

in *Wiegmann's* Arch. 1846. 138. 139. et 140.

Habitaculum. *Colymbus septentrionalis*. — *Larus fuscus* (*Creplin*). — *L. argentatus* et *canus* (*Creplin* et *Mehlis*). — *L. marinus* (*Mehlis*). — *L. medius* (*Schilling*): in oesophago et inter tunicas ventriculi.

54. Spiroptera Ralli *RUDOLPHI.*

Caput continuum obtusum; *os* obsolete papillosum. *Corpus* subaequale, antrorsum parum attenuatum, extremitate caudali maris ...; feminae obtusiuscula, depressa inflexa. Longit. 2—5‴; crassit. $\frac{1}{6}$‴.

Spiroptera Ralli *Rudolphi*: Synops. 642. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 100.

Habitaculum. *Rallus Mangle*. — *R. Saracura*: inter tunicas ventriculi, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Digitized by Google

55. Spiroptera Falconis Subbuteonis *DIESING.*

Caput continuum alatum?; *os* papillis duabus. Longit. fem. 8‴.

Dispharagus Falconis Subbuteonis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 72. Tab. V. C. 1.

Habitaculum. *Falco Subbuteo*: in oesophago, Septembri, Remi (*Dujardin*).

56. Spiroptera Falconis Nisi *DIESING.*

Caput continuum alatum?; *os* papillis duabus. *Extremitas* caudalis maris ...; feminae conica obtusa. Longit. $4\frac{4}{5}$‴.

Dispharagus Falconis Nisi *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 72. Tab. V. C. 2. et V. B.

Habitaculum. *Falco Nisus*: in proventriculo, Novembri et Januario, Remi (*Dujardin*).

Nota. A specie praecedente vix diversa.

III. Amphibiorum.

57. Spiroptera contorta *RUDOLPHI.*

Caput continuum; *os* papillosum. *Corpus* feminae antrorsum magis attenuatum, spiraliter tortum, extremitate caudali maris ...; feminae depressa inflexa apice acutiusculo. Longit. fem. 2—$3\frac{1}{2}$‴; crassit. $\frac{1}{5}$‴.

Ascaris Testudinis *Braun*: in *Schneider's* zwelt. Beytrag. z. Naturg. d. Schildkröt. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 198.

Spiroptera contorta *Rudolphi*: Synops. 25. et 242. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 103.

Spiroptera contorta? *Rayer*: in Arch. d. Med. comp. 1843. I. 183. Tab. VIII. Fig. 10—14.

Habitaculum. *Emys europaea*: in ventriculi tuberculis morbosis (*Braun*), Majo, Armini et Junio, Berolini (*Rudolphi*), in ventriculo, Parisiis (*Rayer*). M. C. V.

IV. Piscium.

58. Spiroptera Rajae *BELLINGHAM.*

Longit. $\frac{3}{5}$‴; crassit. $\frac{3}{10}$‴.

Digitized by Google

Spiroptera Rajae Batis *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIII. 102.
Spiroptera Rajae clavatae *Dujardin*: Hist nat. des Helminth. 105.

Habitaculum. *Raja Batis*: in ventriculo et in intestinis, in Hibernia (*Bellingham*). — *R. clavata*: in ventriculo (*Dujardin*).

XXX. HISTIOCEPHALUS *DIESING.*

Spiroptera, Strongylus et Cucullanus *Rudolphi*. — Dispharagus *Dujardin*.

Corpus subcylindricum utrinque attenuatum. *Caput* corpore continuum velo seu cucullo longitudinaliter striato indusiatum. *Collum* interdum annulo tumido seu torulo cinctum. *Os* terminale papillosum. *Extremitas* caudalis maris subrecta aut spiraliter involuta, utrinque alata, pene ...; feminae conica, apertura genitali supra medium corporis. — Sp. inter avium, rarissime piscium tunicas ventriculi vel in intestinis hospitantes.

1. Histiocephalus laticaudatus *DIESING.*

Caput velo obtuse-conico indusiatum; *os* papillosum. *Collum* torulo cinctum. *Corpus* subaequale, antrorsum parum attenuatum, extremitate caudali recta, maris apice inflexa, alis semiovalibus utrinque costatis; feminae acute-conica. Longit. mar. 4—6‴; fem. 10—12‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Spiroptera laticaudata *Rudolphi*: Synops. 24. et 239.
Dispharagus laticaudatus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 79.

Habitaculum *Otis Tetrax*: inter tunicas ventriculi, vere et aestate (*Bremser*), Januario (*Diesing*). M. C. V.

2. Histiocephalus minutus *DIESING.*

Caput velo obtuse-conico indusiatum; *os* papillosum. *Collum* torulo obsoleto cinctum. *Corpus* subaequale, antrorsum parum attenuatum, extremitate caudali maris recta apice inflexa, alis semiovalibus utrinque costatis; feminae parum incurvata, obtuse-conica. Longit. mar. $2\frac{1}{2}$‴; fem. $2\frac{1}{2}$—3‴; crassit. $\frac{1}{8}$‴.

Cucullanus minutus *Rudolphi*: Synops. 21. et 235. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 252.

Habitaculum. *Platessa Flesus*: in intestinis, hieme. M.C.V.

Nota. Speciei praecedenti omnino valde affinis, magnitudine et loco natali valde discrepantibus, tamen separandus.

Digitized by Google

3. Histiocephalus gracilis *DIESING.*

Caput velo patente subpeltato indusiatum; *os* papillosum. *Collum* torulo ... *Corpus* antrorsum valde attenuatum, extremitate caudali maris spiraliter torta anfractibus 2, alis semiovalibus; feminae oblique-conica. Longit. mar. 2—2½‴; fem. 3—5‴; crassit. ⅛‴.

Spiroptera bicuspis *Rudolphi*: Synops. 24. et 240. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 136.

Dispharagus bicuspis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 79.

Habitaculum. *Vanellus melanogaster*: inter tunicas ventriculi, aestate. M. C. V.

4. Histiocephalus spiralis *DIESING.*

Caput velo elliptico indusiatum; *os* ... *Collum* torulo ... *Corpus* subaequale, antrorsum parum attenuatum, extremitate caudali maris laxe spiraliter torta anfractibus subtribus, alis latiusculis; feminae subrecta, obtusa. Longit. mar. 3—4‴; fem. 5—8‴.

Spiroptera obvelata *Creplin*: Obs. 10. et 80.; Nov. Obs. 5. et in *Wiegmann's* Arch. 1846. 136. 140. 145. — *Mehlis*: in Isis. 1831. 75. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 101.

Habitaculum. *Larus maximus*: in oesophagi tunica interna (*Rosenthal*), Novembri (*Creplin*). — *L. argentatoides*: in oesophago, Novembri (*Schilling*). — *L. argentatus*: in proventriculo, Aprili (*Schilling* et *Mehlis*). — *L. medius*: in ventriculo (*Schilling*). — *L. canus* (*Mehlis*). — *L. fuscus* et *marinus* (*Creplin*). — *L. ridibundus* (*Schilling*). — *Alca Torda* (*Rosenthal*). — *Totanus maculatus*, Augusto. — *T. hypoleucus*. — *Sterna risoria* et *Mergus Serrator*: in oesophago, Junio (*Schilling*).

5. Histiocephalus brevicaudatus *DIESING.*

Caput velo conico costis quatuor longitudinalibus oppositis subalato indusiatum; *os* papillosum. *Collum* torulo nullo. *Corpus* maris utrinque aequaliter attenuatum; feminae antrorsum attenuatum; extremitate caudali maris laxe spiraliter torta anfractibus 4, alis latis utrinque 6—7 costatis; feminae breve conica obtusa. Longit. mar. 3—4‴, crassit. $\frac{1}{10}$‴; fem. 5 6‴, crassit. ⅛‴.

Digitized by Google

Strongylus Ardeae stellaris Cat. Ent. Vind. manusc. — *Rudolphi*: Synops. 37. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 129.

Dispharagus brevicaudatus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 80.

Habitaculum. *Ardea stellaris*: in ventriculo. M. C. V.

6. Histiocephalus decorus *DIESING.*

Caput velo circulari costis longitudinalibus duabus oppositis subalato indusiatum, utrinque appendiculo tricuspidato; *os* papillis duabus oppositis. *Corpus* filiforme antrorsum attenuatum, extremitate caudali maris incurvata conica, alis angustis linearibus utrinque 6—7 costatis; feminae obtuse conica papillis biserialibus 3—5. Longit. mar. $1\frac{1}{5}'''$, crassit. $\frac{1}{12}'''$; fem. $3\frac{1}{5}'''$, crassit. $\frac{1}{5}'''$.

Dispharagus decorus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 78. Tab. III. k.

Habitaculum. *Alcedo Ispida*: inter tunicas ventriculi, Februario et Martio, Remi (*Dujardin*).

Species inquirenda.

7. Histiocephalus denudatus *DIESING.*

Caput velo subangulato-bialato indusiatum. *Corpus* filiforme utrinque attenuatum, extremitate caudali maris uncinata, papillarum serie duplici longitudinali, alis ...; feminae elongata conica. Longit. mar. $2\frac{2}{5}'''$; crassit. $\frac{1}{25}'''$.

Dispharagus denudatus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 81. Tab. III. G.

Habitaculum. *Leuciscus erythrophthalmus*: in intestinis, Augusto et Octobri, Remi (*Dujardin*).

XXXI. PHYSALOPTERA *RUDOLPHI.* Charact. reform.

Ascaris *Rudolphi.* — Spiroptera *Dujardin.*

Corpus subcylindricum, antrorsum magis attenuatum. *Caput* corpore continuum. *Os* bilabiatum, labiis oppositis protractilibus. *Extremitas* caudalis maris deflexa vel subrecta, utrinque alata alis costatis, utplurimum humore limpido turgidis; pene in vagina bipartita; feminae apertura genitali antrorsum sita. — *Animalium* vertebratorum endoparasita in oesophago et ventriculo, rarius in intestinis obvia.

Digitized by Google

1. Physaloptera clausa *RUDOLPHI.*

Caput continuum; *os* labiis semicircularibus apice productis. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris fornicata apice inflexa, alis latis interdum sero tumidis; feminae recta acute-conica. Longit. mar. $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}''$; fem. $\frac{1}{2}$—$2''$; crassit. $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}'''$.

Physaloptera clausa *Rudolphi*: Synops. 39. 255. et 643. Tab. I. 2—3. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. III. 1—7. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LXVII. 545. Tab. XXX. 10.

Spiroptera clausa *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 85.

Habitaculum. *Erinaceus europaeus*: in ventriculo, omni anni tempore, saepissime aestate et autumno (*Bremser*), Martio, Berolini (*Rudolphi*). M. C. V.

2. Physaloptera turgida *RUDOLPHI.*

Caput continuum; *os* labiis ... *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris subrecta, alis semiovato-lanceolatis depressis turgidis; feminae recta obtuse-conica apice interdum inflexa. Longit. mar. 6—8'', crassit. $\frac{3}{4}'''$; fem. $\frac{1}{2}$—$2''$, crassit. 1—$1\frac{3}{4}'''$.

Physaloptera turgida *Rudolphi*: Synops. 644.

Spiroptera turgida *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 92.

Habitaculum. *Didelphys Myosurus*, Decembri, in Brasilia (*Olfers*), Januario et Julio (*Natterer*). — *D. cancrivora*, Decembri. — *D. Azarae*, Julio: in earum ventriculo (*Natterer*). M.C.V.

3. Physaloptera dilatata *RUDOLPHI.*

Caput continuum obtusiusculum; *os* labiis ... *Corpus* antrorsum valde attenuatum, extremitate caudali maris fornicata, alis latis semiovato-cordatis tenuibus; feminae recta obtuse-conica. Longit. mar. $\frac{1}{4}$—$2''$, crassit. $\frac{1}{2}$—$1'''$; fem. $\frac{1}{2}$—$3''$, crassit. $\frac{3}{4}$—$1\frac{3}{4}'''$.

Physaloptera dilatata *Rudolphi*: Synops. 644. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. III. 8—9. (sub copula).

Spiroptera dilatata *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 84.

Habitaculum. *Jacchus Rosalia* et *J. vulgaris*. — *Cebus lagothrix*, Octobri et Februario. — *C. Satanas*. — *C.* (*Callithrix*)

Digitized by Google

caligatus, Januario. — *C. Apella*, Novembri. — *C. canus*, Octobri: in eorum ventriculo, in Brasilia (*Natterer*). M C. V.

Nota I. Mas sub copula extremitate sua caudali feminam ita amplectit, ut corpore maris horizontali et feminae verticali angulus rectus formetur.

Nota II. Caput, in hac specie et subsequente interdum epidermide emphysematice inflata cinctum, alas mentit.

4. Physaloptera alata *RUDOLPHI.*

Caput continuum; *os* labiis ... *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris depressa incurva, apice obtusiusculo, alis semiovato-lanceolatis; feminae recta obtusiuscula, apice brevi acutiusculo. Longit. ultra 10—12".

Vermis dubius Falconis Nisi *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 373.
Physaloptera alata *Rudolphi*: Synops. 29. 256. et 645.
Physaloptera megalostoma *Creplin*: Nov. Obs. 6. Tab. I. 1—5. — *Mehlis*: in Isis. 1831. 75.
Spiroptera physalura *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 94.
Spiroptera megalostoma *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 96.

Habitaculum. *Falco Nisus*: in ventriculo (*Braun*), aestate et autumno (*Bremser*), in proventriculo (*Mehlis* et *Barkow*). — *F. pennatus*, aestate. — *F. apivorus* et *gallicus*, vere. M. C. V. — *F. pygargus*, Januario. — *F. rufus*: in oesophago, Remi (*Dujardin*). — *F. No. II.* Mus. berolin.; in ventriculo, Novembri, in Brasilia (*Olfers*). — *F. cachinans*: in oesophago, Junio; in ventriculo, Octobri. — *F. gracilis*: in oesophago et ventriculo, Aprili et Junio. — *F. Swainsonii*: in oesophago, Julio. — *F. rutilans*: in ventriculo, Aprili. — *F. ornatus*: in oesophago et ventriculo, Junio. — *F. palustris*: in oesophago et ventriculo, Aprili. — *F. coronatus*: in cavo orbitae, in regione occipitali et in faucibus, Octobri. — *F. Urubutinga*: in ventriculo, Junio. — *F. dispar*: in ventriculo, Februario. — *F. atricapillus*: in oesophago et ventriculo, Aprili et Octobri. — *F. cayennensis*: in ventriculo. — *F. unicinctus*: in oesophago et ventriculo, Junio. — *F. No. 773*: in ventriculo, Julio, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

5. Physaloptera bilabiata *CREPLIN.*

Caput continuum; *os* labiis magnis. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, maris simpliciter curvatum; feminae spi-

Digitized by Google

raliter involutum, extremitate caudali maris retroflexa, alis turgidis; feminae recta depressiuscula subconica. Longit. mar. ad 1″; fem. ultra 1″; crassit. $\frac{1}{2}$‴.

Physaloptera bilabiata *Creplin*: Nov. Obs. 7.
Spiroptera bilabiata *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 97.

Habitaculum. *Lanius minor*: in intestinis, Majo, Gryphiae (*Schilling* et *Hornschuch*).

6. Physaloptera strongylina *RUDOLPHI.*

Caput continuum; *os* labiis ... *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris rectiuscula, alis turgidis vesiculaeformibus apice reclinatis; feminae recta apice depresso obtuso. Longit. mar. 3—4‴; fem. 7—9‴; crassit. $\frac{1}{2}$‴.

Physaloptera strongylina *Rudolphi*: Synops. 646.
Spiroptera affinis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 98.

Habitaculum. *Cuculus melacoryphus*: in ventriculo et in intestinis, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

7. Physaloptera mucronata *DIESING.*

Caput continuum; *os* labiis ... *Corpus* antrorsum magis attenuatum, tortuosum, extremitate caudali rotundata, mucrone terminali acute-conico, maris subrecta, alis linearibus incrassatis; feminae recta apertura genitali annulo lato tumido cincta, medio sulcata. Longit. mar. 10‴—1″, crassit. $\frac{1}{2}$‴; fem. 1—1$\frac{1}{2}$″, crassit. $\frac{3}{4}$‴.

Habitaculum. *Champsa nigra*: in ventriculo, Junio, Borbae in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

8. Physaloptera abbreviata *RUDOLPHI.*

Caput continuum; *os* labiis ... *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris inflexa alis turgidis; feminae recta obtusa, apice mucrone conico brevissimo. Longit. mar. 4—5‴; fem. 6—9‴.

Ascaris fallax *Rudolphi*: Synops. 43. et 279. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 176.
Physaloptera abbreviata *Rudolphi*: Synops. 30. et 257.
Spiroptera abbreviata *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 104.

Digitized by Google

Habitaculum. *Lacerta viridis* (*Bremser* et *Rudolphi*). — *Chrysolamprus ocellatus*: in ventriculo et in intestinis, in Hispania (*Natterer*). M. C. V.

9. Physaloptera retusa *RUDOLPHI.*

Caput subdiscretum; *os* labiis papillaeformibus. *Corpus* antrorsum magis attenuatum, extremitate caudali maris retusa, alis patentissimis interdum turgidis vesiculaeformibus; feminae recta conica. Longit. mar. $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}''$; crassit. $\frac{1}{2}'''$; fem. $\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}''$; crassit. ad $1'''$.

Lumbrici Iguanae *Piso*: De Indiae utriusque re naturali et med. 1658. 105.

Physaloptera retusa *Rudolphi*: Synops. 30. 258. et 646.

Spiroptera retusa *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 164.

Habitaculum. *Podinema Teguixin*: in oesophago et in ventriculo, rarius in intestinis (*Piso*), Septembri et Octobri (*Olfers*), Martio, Septembri et Octobri, in Brasilia (*Natterer*). — *P. graphica*, Julio et Novembri. — *Ctenodon nigropunctatus*, Octobri. — *Scelocnemis lateristriga*, Octobri. — *Tropidurus torquatus*, in Brasilia (*Natterer*): in eorum ventriculo. M. C. V.

Species inquirendae.

10. Physaloptera Spirula *HEMPRICH et EHRENBERG.*

Caput continuum; *os* papillosum. *Extremitas* caudalis maris alis clausis; feminae ... Longit. $3'''$.

Physaloptera Spirula *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. Phys. Mamm. (Hyrax).

Habitaculum. *Hyrax capensis*: in intestino crasso (*Hemprich* et *Ehrenberg*).

11. Physaloptera saginata *RUDOLPHI.*

Caput continuum obtusum; *os* transverse ellipticum labiis ... *Corpus* feminae antrorsum magis attenuatum, laxe spiraliter tortum anfractibus 3—7, extremitate caudali obtusa subrecta. Longit. $\frac{1}{2}$—$2''$; crassit. $\frac{3}{4}$—$1'''$.

Physaloptera saginata *Rudolphi*: Synops. 647.

Spiroptera saginata *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 96.

Digitized by Google

Habitaculum. *Strix atricapilla*, Augusto. — *Falco furcatus*, Novembri. — *Crotophaga Ani*, Januario, Februario et Julio. — *Caprimulgus guianensis*, Junio. — *C. leucopygus*, Novembri. *Icterus cristatus*, Decembri. — *Thamnophilus No.* 966, Octobri. *Cuculus Tinguaçu*, Majo et Julio. — *Corvus Cajanus*, Septembri et Octobri, in Brasilia (*Natterer*): in eorum intestinis tenuibus. M. C. V.

12. Physaloptera tenuicollis *RUDOLPHI.*

Caput ...; *os* labiis ... *Corpus* feminae antrorsum filiforme, retrorsum subito increscens. *Cauda* apice acuta. Longit. $1\frac{1}{3}''$; crassit. $1'''$.

Physaloptera tenuicollis *Rudolphi*: Synops. 30. 258. et 647.
Spiroptera? tenuicollis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 95.

Habitaculum. *Falco Haliaetus*: in intestinis tenuibus, autumno. M. C. V.

Nota. Potius Ascaris depressa abnormis quam Physaloptera.

13. Physaloptera Colubri *DIESING.*

Longit. $3\frac{1}{3}'''$; crassit. $\frac{1}{6}'''$.

Strongylus Colubri *Rudolphi*: Synops. 37.

Habitaculum. *Zacholus austriacus*: in intestinis. M. C. V.

Individua pauca et mutilata mascula et feminea in collectione servantur.

XXXII. CUCULLANUS *MÜLLER.* Charact. reform.

Anguillula *Leeuwenhock.* — Echinorhynchus *Zoega.* — Dacnitis *Dujardin.*

Corpus subcylindricum retrorsum attenuatum. *Caput* corpore continuum conicum apice truncatum; annulo terminali processubus basilaribus utrinque tribus brevibus teretiusculis internis et valvulis duabus prominentibus conchaeformibus, utplurimum longitudinaliter striatis (cucullo *Auctorum*) oppositis, subcorneis instructum. *Os* terminale ad basim valvularum. *Extremitas* caudalis maris inflexa, nuda v. alata, pene vagina bipartita cruribus linearibus excepto: feminae recta, apertura genitali in corporis fere medio. *Viripara.* — *Piscium* rarius amphibiorum endoparasita.

Digitized by Google

1. Cucullanus elegans *ZEDER*.

Caput valvulis suborbicularibus convexiusculis longitudinaliter 5—6striatis flavidulis. *Corpus* retrorsum sensim attenuatum, extremitate caudali maris inflexa, acutiuscula utrinque alata, alis 5-costatis; feminae recta obtusa, apertura genitali in medio corporis, labiis duobus verticalibus prominulis. Longit. mar. 2—3‴; fem. 4—6‴; crassit. $\frac{1}{5}$—$\frac{1}{4}$‴.

Leeuwenhock: Arcan. nat. 341. (Anguillae).

Echinorhynchus lacustris *Zoega*: in *Müller's* Prodrom. 2598.

Cucullanus (Anguillae) *Müller*: in Schrift. d. Berlin. naturf. Fr. II. 133. Tab. I. 8—15. (mala). — *Goeze*: Naturg. 130. Tab. IX. a. Fig. 1—2. — *Schrank*: Verz. 14. — Tabl. Encycl. Tab. XXXVI. 3. 4. (ic. *Goezei*).

Cucullanus viviparus *Bloch*: Abh. 34. (exclus. Synon.) Tab. X. 1—4. (pessima).

Cucullanus Luciopercae *Goeze*: Naturg. 132. Tab. IX. A. Fig. 3. (mala). — *Schrank*: Verz. 14. — *Rudolphi*: Obs. I. 22.

Cucullanus Percae *Goeze*: Naturg. Tab. IX. B. Fig. a. B. 4—9. — *Schrank*: Verz. 15. — *Herrmann*: in Naturf. XIX. St. 36. Tab. II. Fig. 2. a—c. — *Blanchard*: in *Cuvier* Règn. anim. nouv. édit. Zooph. Tab. XXV. 4. et in: Voyage en Sicile. Vers. Tab. XXIII. 4. — Idem: in Annal. des sc. nat. III. sér. XI. 177—180. Tab. VII. 4. (et anatom.)

Cucullanus lacustris *Gmelin*: α. Anguillae, β. Percae, γ. Luciopercae, δ. cernuae. Syst. nat. 3050—3051.

Cucullanus elegans (Luciopercae) *Zeder*: Nachtr. 91. (Percarum). — Ej. Naturg. 79. — *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 32—35. — Ej. Entoz. hist. II. 102. Tab. III. 1—3. et 5—7. et ej. Synops. 19. et 230 — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. II. 10—14. (capitis ic. insufficiente.) — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. 528. Tab. XXX. 13. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXX. 386. et XXXII. 280. — *Diesing*: in Ann. d. Wien. Mus. II. 231. in Nota. (de prolibus.) *Kölliker*: in *Müller's* Arch. 1843. 85—90. Tab. VII. 28—41. (de evolutione.) — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 478—479. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 247.

Cucullanus armatus *Zeder*: Nachtr. 92—94. (exclus. Synon.) — Ej. Naturg. 79. Tab. II. 6. 7. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 107.

Cucullanus papillosus *Zeder*: Nachtr. 92. — Ej. Naturg. 79. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 108.

Cucullanus coronatus *Zeder*: Naturg. 78. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 113.

Habitaculum. *Anguilla vulgaris*: in ventriculo et in intestinis (*Leeuwenhock*), Majo et Octobri (*Goeze*), vere et autumno.

Digitized by Google

M. C. V. — *A. acutirostris*: in intestinis (*Bellingham*). — *Lota communis*: in intestinis, Decembri, Gryphiae (*Rudolphi*), vere et aestate. M. C. V. — *Perca fluviatilis* et *Lucioperca Sandra*: in ventriculo, appendicibus pyloricis, intestinis et in mesenterio (*Zeder*), Gryphiae (*Rudolphi*), Vindobonae (*Bremser*). — *Acerina vulgaris* (*Müller*). — *Aspro Zingel*, autumno. M. C. V. — *Esox Lucius*: (*Zeder*), Majo, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Gasterosteus aculeatus*. — *Salmo Salar*. — *Coregonus oxyrhynchus* et *Osmerus Eperlanus*, Gryphiae (*Creplin*). — *Aspius rapax* (*Rudolphi*). in eorum intestinis M. C. V.

2. Cucullanus truncatus *RUDOLPHI*.

Caput obtusum, valvulis ovalibus longitudinaliter striatis, postice denticulis 3 - 4 (annuli appendiculis?). *Corpus* retrorsum sensim attenuatum, extremitate caudali maris inflexa acuta, utrinque alata; feminae attenuata acumine brevi truncato. Longit. mar. 5‴; fem. 3—5‴.

Cucullanus truncatus *Rudolphi*: in Magaz. d. Gesellsch. naturf. Fr. VI. 88. — Ej. Synops. 20. e 231. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 250.

Habitaculum. *Silurus Glanis*: in intestinis, Octobri, Gryphiae (*Rudolphi*).

A specie praecedente vix diversa.

3. Cucullanus alatus *RUDOLPHI*.

Caput obtusum, valvulis hemisphaericis longitudinaliter striatis. *Corpus* retrorsum sensim attenuatum, extremitate caudali maris inflexa acuta, ala solitaria; feminae recta obtusa. Longit. mar. 2—3‴; fem. 3—5‴.

Cucullanus alatus *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 2. 35. — *Zeder*: Naturg. 80. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 106. — Ej. Synops. 20. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 252.

Habitaculum. *Rhombus maximus*: in intestinis, Junio et Augusto, Gryphiae (*Rudolphi*).

Num species a prima vere differt?

4. Cucullanus globosus *ZEDER*.

Caput gracile satis longum, valvulis hemisphaericis lon-

Digitized by Google

gitudinaliter striatis. *Corpus* retrorsum valde attenuatum, sanguineo-rubrum, extremitate caudali maris inflexa; feminae recta acuta. Longit. mar. 3—5‴; fem. 4—8‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Goeze: Naturg. 132.

Cucullanus lacustris ζ. Farionis *Gmelin*: Syst. nat. 3051.

Cucullanus Truttae *Fabricius*: in Dansk. Selsk. Skrivt. III. 2. 30. Tab. III. 9—12.

Cucullanus globosus *Zeder*: Nachtr. 94. — Ej. Naturg. 80. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 111. et ej. Synops. 20. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 250.

Dacnitis globosa *Dujardin*?: Hist. nat. des Helminth. 269.

Habitaculum. *Salmo Trutta*: in intestinis, Martio (*Zeder*). — *S. Fario*: in intestinis, vario anni tempore, M. C. V.; in ovariis, Februario (*Bremser*). — *S. Hucho*: in intestinis, Januario (*Diesing*). M. C. V.

5. Cucullanus melanocephalus *RUDOLPHI*.

Caput cylindricum obtusum, valvulis hemisphaericis longitudinaliter obsolete striatis. *Corpus* retrorsum sensim attenuatum, extremitate caudali maris inflexa obtusa utrinque alata; feminae recta depressa obtusa. Longit. 6—8‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Cucullanus melanocephalus *Rudolphi*: Synops. 20. 238. et 640. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 249.

Habitaculum. *Scomber Colias*, *Pelamys Sarda* et *Auxis vulgaris*: in appendicibus pyloricis et in intestinis, Junio et Julio, Neapoli (*Rudolphi*). — *Thynnus vulgaris*: in intestinis, prope aequatorem (*Natterer* et *Pohl*). M. C. V.

6. Cucullanus foveolatus *RUDOLPHI*.

Caput obtusum, valvulis hemisphaericis obsolete foveolatis. *Corpus* retrorsum attenuatum, extremitate caudali maris inflexa acuta; feminae recta subulata. Longit. mar. 3—5‴; fem. 6—10‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Cucullanus marinus *Müller*: Zool. Dan. I. 50. Tab. XXXVIII. 1—11. — Idem: in Schrift. d. Berlin. Naturf. I. 208. — Encycl. méth. Tab. XXXV. 10 15. (ic. *Mülleri*). — *Zeder*: Naturg. 80.

Cucullanus marinus α. cirratus, β. muticus *Gmelin*: Syst. nat. 3052.

Cucullanus foveolatus *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 109. Tab. III. 4. —

Digitized by Google

Ej. Synops. 21. et 233. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 479. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 251.
Dacnitis hians *Dujardin*?: Hist. nat. des Helminth. 270.

Habitaculum. *Gadus Morrhua* et forsan *G. Callarias*: in intestinis (*O. Müller*). — *Phycis mediterraneus*: in mesenterio, Junio. — *Conger Cassinii*: in intestinis, Julio. — *Muraena Helena*: in intestinis et in mesenterio, Augusto, Neapoli (*Rudolphi*). — *Platessa vulgaris* et *P. Limanda*: in intestinis, in Hibernia (*Bellingham*). M. C. V.

7. Cucullanus abbreviatus *RUDOLPHI.*

Caput obtusum, valvulis hemisphaericis longitudinaliter obsolete striatis. *Corpus* retrorsum attenuatum, extremitate caudali maris ...; feminae recta, apice brevi acuto. Longit. 3—5‴; crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Cucullanus abbreviatus *Rudolphi*: Synops. 21. et 234. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 249.
Dacnitis abbreviata *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 269.

Habitaculum. *Scorpaena cirrhosa*: in intestinis tenuibus, Majo, Romae (*Rudolphi*). M. C. V.

8. Cucullanus heterochrous *RUDOLPHI.*

Caput papillis 4—5 obsitum, valvulis ellipticis longitudinaliter striatis. *Corpus* retrorsum attenuatum, extremitate caudali breve acuminata, maris inflexa; feminae recta. Longit. mar. 2—2$\frac{1}{2}$‴; fem. 5—7‴; crassit. $\frac{1}{6}$—$\frac{1}{4}$‴.

Cucullanus heterochrous *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 2. 36. — *Zeder*: Naturg. 80. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 114. — Ej. Synops. 21. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 280. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 252.
Cucullanus Soleae *Rudolphi*: Synops. 22.
Cucullanus Platessae *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 116. — Ej. Synops. 22.
Dacnitis esuriens *Dujardin*?: Hist. nat. des Helminth. 270.

Habitaculum. *Platessa Flesus*, Majo, Gryphiae (*Rudolphi* et *Creplin*). — *P. vulgaris* (*Reinh. Treviranus*). — *P. lata*, Decembri (*Dujardin*). — *Solea vulgaris*, hieme (*Natterer*): in earum intestinis. M. C. V.

Digitized by Google

9. Cucullanus microcephalus *DUJARDIN.*

Caput obtuse conicum, valvulis semiconicis striatis. *Corpus* retrorsum attenuatum, extremitate caudali maris inflexa acute conica utrinque alata, alis longe semilanceolatis costatis; feminae recta acute conica apice processibus brevibus tribus coronata. Longit. mar. 2—3‴; fem. 6 7‴; crassit. ultra $\frac{1}{4}$‴.

Cucullanus Testudinis *Rudolphi*: Synops. 21.
Cucullanus microcephalus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 246.

Habitaculum. *Emys europaea*: in intestinis, aestate et hieme (*Bremser*). — *Rhinemys depressa*: in ventriculo et intestinis tenuibus, Decembri. — *Podocnemis Tracaxa*, Octobri. — *P. expansa*, Martio: in intestinis tenuibus, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Species inquirendae.

10. Cucullanus Hydri *RUDOLPHI.*

Caput rotundatum, valvulis brevibus semiconicis. *Corpus* retrorsum valde attenuatum, extremitate caudali maris ...; feminae recta subulata, apertura genitali labiis duobus prominulis magnis. Longit. fem. 8‴; crassit. $\frac{1}{3}$‴.

Cucullanus Hydri *Rudolphi*: Synops. 21. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 246.

Habitaculum. *Hydrophis Russelii* (*Hydrus caspii*): in intestinis, aestate. M. C. V.

11. Cucullanus Acipenseris *ABILDGAARD.*

Viborg: Ind. Mus. Vet. Hafn. 237. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 117. — Ej. Synops. 22. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 253.

Habitaculum. *Acipenser Sturio* (*Abildgaard*).

Nota. In intestinis *Acipenseris Schypae* Cucullanum femineum offendi, microcephalo similem. — Cucullanus *Acipenseris Husonis* Mus. Caes. ad Ophiostomum referendus.

12. Cucullanus Percae *ABILDGAARD.*

Viborg: Ind. Mus. Vet. Hafn. 237. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 117. — Ej. Synops. 22.

Habitaculum. *Sebastes norvegicus* (*Abildgaard*).

Digitized by Google

13. Cucullanus Tincae *RUDOLPHI*:

Synops. 32.

Habitaculum. *Tinca chrysitis*: in intestinis. M. C. V.

Nota. Individuum femineum mutilatum ad C. elegantem forsan pertinens.

14. Cucullanus Squali *DIESING*.

Caput globulosum cernuum. *Corpus* retrorsum attenuatum album, extremitate caudali feminae longe acuminata. Longit. 7‴; crassit. $\frac{1}{5}$‴.

Dacnitis Squali *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 272.

Habitaculum. *Galeus Canis*: in intestinis.

Nota. Vermes hujus nominis in collectione Mus. Caes. Vindob. haud prostant.

XXXIII. OPHIOSTOMUM *RUDOLPHI*.

Rictularia *Frölich*. — Pleurorhynchus *Nau*. — Ascaris *Auctorum*. — Echinorhynchus *Gmelin*. — Proboscidea *Bruguière*. — Fissula *Lamarck*. — Ophiostoma *Rudolphi*. — Dacnitis *Dujardin*.

Corpus subcylindricum antrorsum v. retrorsum magis attenuatum, inerme v. armatum. *Caput* corpore continuum bilabiatum, labiis prominentibus oppositis, altero inferiore, altero superiore. *Os* intra labia. *Extremitas* caudalis maris recta conica; pene ...; feminae apertura genitalis antrorsum sita? — *Mammalium* et *piscium* endoparasita.

Nota. Unius solum speciei mare noto, genus nequaquam satis stabilitum.

a. Corpus inerme.

1. Ophiostomum mucronatum *RUDOLPHI*.

Caput obtusum, labiis aequalibus depressis. *Corpus* subaequale, extremitate caudali maris ...; feminae obtusa apice mucronata, apertura genitali in anteriore corporis triente. Vivipara. Longit. 10—17″; crassit. $\frac{1}{2}$‴.

Ophiostoma mucronatum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 117. Tab. III. 13. 14.

Digitized by Google

— Ej. Synops. 61. et 305. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 273. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1845. 326. et 28.
Fissula mucronata *Lamarck*: Anim. s. vert. 2. édit. III. 657.

Habitaculum. *Vespertilio auritus*, Decembri, Gryphiae (*Rudolphi*). — *V. Pipistrellus* (*Creplin*). — *V. murinus*: vere et aestate. — *V. Noctula*, aestate: in intestinis. M. C. V.

2. Ophiostomum dispar *RUDOLPHI.*

Caput obtusum, labiis subaequalibus. *Corpus* maris retrorsum attenuatum, apice mucronatum, pene simplici; feminae antrorsum attenuatum, retrorsum valde incrassatum rotundatum, bilabiatum. Longit. fem. 3—8"; crassit. ultra 1". Mares minores et graciliores.

Mas. Ascaris Atak *Müller*: Prodrom. 2592.
Ascaris bifida *Fabricius*: Faun. Groenl. 273. — *Müller*: Zool. Dan. II. 47. Tab. LXXIV. 3. — *Gmelin*: Syst. nat. 3030. — *Zeder*: Naturg. 114.
Ophiostoma *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 1. 48.
Ophiostoma bifidum *Zeder*: Naturg. 123.
Fissula Phocae *Lamarck*: Anim. s. vertèb. 2. édit. III. 657.
Femina. Ascaris Neitsib *Müller*: Prodr. 2590.
Ascaris Phocae *Fabricius*: Faun. Groenl. 272. — *Müller*: Zool. Dan. II. 46. Tab. LXXIV. 1. (inverse). — *Gmelin*: Syst. nat. 3030.
Echinorhynchus Phocae *Gmelin*: Syst. nat. 3030.
Proboscidea bifida *Bruguière*: in Encycl. méth. Tab. XXXII. 8. (ic. *Mülleri* inversa).
Ophiostoma *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch II. 1. 48.
Ophiostoma phocae *Zeder*: Naturg. 128.
Ophiostoma dispar *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 119.; ej. Synops. 61. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 274.
Fissula Phocae *Lamarck*: Anim. s. vert. 2. édit. III. 657.

Habitaculum. *Phoca hispida* et *groenlandica*: in intestinis (*O. Fabricius*).

3. Ophiostomum sphaerocephalum *RUDOLPHI.*

Caput rotundatum, labiis aequalibus fornicatis. *Corpus* retrorsum multum attenuatum, extremitate caudali acute conica depressiuscula, maris parum incurvata, vagina penis bipartita, cruribus ensiformibus; feminae recta. Longit. mar. 4—6"; fem. 5—8"; crassit. $\frac{1}{3}$".

Digitized by Google

Pleurorhynchus *Nau?*: in Schrift. d. Berlin. Naturf. Gesellsch. Fr. VII. 471. Tab. VII. 1. 2.

Ascaris sphaerocephala *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 188.

Ophiostoma sphaerocephalum *Rudolphi*: Synops. 61. et 305. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. V. 15—18. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 275.

Dubium Acipenseris Sturionis *Rudolphi*: Synops. 191.

Dacnitis sphaerocephala *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 271.

Habitaculum. *Acipenser Sturio*, Junio, Gryphiae et Berolini (*Rudolphi*). — *A. Schypa*, Januario. — *A. Güldenstädtii*, Februario. — *A. stellatus*, Martio (*Diesing*): in eorum intestinis crassis. M. C. V.

4. Ophiostomum lepturum *RUDOLPHI.*

Caput ... *Corpus* feminae antrorsum valde attenuatum, medio crassissimum, extremitate caudali recta, bilabiata, labiis acutiusculis, inferiore longiore. Longit. 3″; crassit. $\frac{2}{3}$‴.

Ophiostoma lepturum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 121. Tab. VII. 1. 2. (Tab. inversa). — Ej. Synops. 61. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 275.

Habitaculum. *Coryphaena Hippuris*: in intestinis (*Tilesius*).

b. Corpus armatum.

5. Ophiostomum cristatum *RUDOLPHI.*

Caput rotundatum, labio superiore galeato, inferiore depresso truncato. *Corpus* feminae antrorsum magis attenuatum, aculeis runcinatis in superiore lineae lateralis parte munitum, extremitate caudali bilabiata, labio superiore incrassato truncato, inferiore depresso elongato rotundato apice mucronato. Longit. 11—13″; crassit. $\frac{1}{3}$‴.

Rictularia cristata *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 7. Tab. I. 1—3. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 280.

Ophiostoma cristatum *Rudolphi*: Synops. 60. et 304. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1848. 291.

Habitaculum. *Myoxus muscardinus* (*Frölich*). — *M. Dryas*, vere: in intestinis tenuibus. M. C. V.

Nota. Ophiostomum cristatum Myoxi Gliris *Rudolphi* vermis sui generis videtur.

Digitized by Google

6. Ophiostomum amphiacanthum *DIESING.*

Caput labiis aequalibus latis, apice emarginatis, nodulo auctis, membrana tenuiore junctis. *Corpus* feminae antrorsum filiforme, retrorsum valde incrassatum, aculeis runcinatis in utraque lineae lateralis parte, extremitate caudali bilabiata, labio superiore incrassato truncato, inferiore depresso elongato rotundato apice mucronato. Longit. 4—5½‴; crassit. ½‴.

Habitaculum. *Lemmus dasytrichus*: in intestinis tenuibus, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

XXXIV. STELMIUS *DUJARDIN.*

Corpus subcylindricum. *Caput* truncatum limbo prominulo. *Os* terminale bilabiatum protractile, labio singulo papilla acutata. *Apertura genitalis* feminea in posteriore corporis parte. — Mas ignotus. — *Piscium* endoparasita.

1. Stelmius praecinctus *DUJARDIN.*

Corpus feminae antrorsum parum, retrorsum subito attenuatum, extremitate caudali breve subulata. Longit. 13‴; crassit. antrorsum $\frac{1}{10}$‴; retrorsum $\frac{1}{12}$‴.

Stelmius praecinctus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 282.

Habitaculum. *Conger vulgaris*: in intestinis, Martio et Aprili, Remi (*Dujardin*).

XXXV. LIORHYNCHUS *RUDOLPHI.*

Ascaris *Auctorum.* — Echinorhynchus *Gmelin.* — Goezia et Cochlus *Zeder.* — Proboscidea *Bruguière.*

Corpus subcylindricum inerme aut armatum. *Caput* corpore continuum. *Os* in tubulum inermem protractile. *Extremitas* caudalis maris (in una saltem specie) involuta, pene filiformi; feminae recta, apertura genitali ... — *Mammalium* rarius *piscium* endoparasita.

Nota. Genus valde anceps. Species secunda, semel reperta maribusque ignotis, novo examine subjicienda; quarta et quinta valde dubiae videntur. Confer etiam *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1848. 290.

Digitized by Google

a. Corpus armatum.

1. Liorhynchus denticulatus *RUDOLPHI.*

Caput rotundatum; *oris* tubulo cylindrico labiato. *Corpus* rectum utrinque aequaliter attenuatum antrorsum annulato-plicatum, spinulosum; extremitate caudali maris involuta, alata, pene filiformi in vagina tubulosa; feminae recta apice mucronata. Longit. mar. 3—3½‴; fem. 8—10‴; crassit. ⅓‴.

Goezia inermis *Zeder*: Nachtr. 101.
Cochlus inermis *Zeder*: Naturg. 50. Tab. I. 6.
Liorhynchus denticulatus *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 249. Tab. XII. 1. 2. — Ej. Synops. 62. et 307. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. V. 19—22. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 548. Tab. XXX. F. 9. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 284.

Habitaculum. *Anguilla vulgaris*: in ventriculo, Julio (*Zeder* et *Hübner*), hieme et vere (*Bremser*). M. C. V.

b. Corpus inerme.

2. Liorhynchus truncatus *RUDOLPHI.*

Caput truncatum; *oris* tubulo cylindrico brevi. *Corpus* feminae utrinque attenuatum curvatum inerme, extremitate caudali acutissima. Longit. 2—3‴; crassit. ⅓‴.

Ascaris truncata *Rudolphi*: Obs. I. 12.
Liorhynchus truncatus *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 2. 44. — Ej. Entoz. hist. II. 247. et ej. Synops. 62. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 282.

Habitaculum. *Meles Taxus*: in intestinis, praecipue tenuibus, Octobri, Gryphiae (*Rudolphi*).

3. Liorhynchus gracilescens *RUDOLPHI.*

Caput truncatum; *oris* tubulo cylindrico brevi. *Corpus* feminae retrorsum magis attenuatum rectum inerme, extremitate caudali acuta. Longit. ad 1″; crassit. ⅓‴.

Ascaris Urksuk *Müller*: Prodrom. 2591.
Ascaris tubifera *Fabricius*: Faun. Groenl. 273. — *Müller*: Zool. Dan. II. 46. Tab. LXXIV. 2.
Echinorhynchus tubifer *Gmelin*: Syst. nat. 3044. — *Zeder*: Naturg. 160.

Digitized by Google

Proboscidea bifida *Bruguière*: in Encycl. méth. Tab. XXXII. 9. 10. (ic. *Mülleri*).

Liorhynchus gracilescens *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 248.; ej. Synops. 62. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 283.

Habitaculum. *Phoca barbata*: in ventriculo (*Fabricius*).

Species inquirendae.

4. Liorhynchus Vulpis *DUJARDIN.*

Corpus antrorsum spinulosum. Longit. fem. 4—4½‴; crassit. ¼‴.

Nov. Genus in Canis Vulpis pulm. Cat. Ent. Vind. 12.

Liorhynchus Vulpis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 283.

Strongylus decoratus *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1847. 289. (solum nomen).

Habitaculum. *Canis Vulpes*: in pulmonibus et in trachea, Vindobonae (*Bremser*), Parisiis (*Dujardin*), Februario, Gryphiae (*Creplin*).

Nota. Lagenula cum vermibus in collectione M. C. V. desideratur.

5. Liorhynchus Lepidopodis *RISSO.*

Caput rotundatum; *os* ... *Corpus* retrorsum attenuatum, sordide luteum, fusco-marmoratum. Longit. 16‴.

Liorhynchus Lepidopodis *Risso*: Hist. nat. de l'Europe méridion. V. 260.

Habitaculum. *Lepidopus argyreus* (*L. Perronii Risso*): in intestinis, aestate (*Risso*).

XXXVI. CHEIRACANTHUS *DIESING.*

Liorhynchus *Rudolphi*. — Gnathostoma *Owen*?

Corpus subcylindricum antrorsum spinulis palmatis, mediis simpliciusculis retrorsum evanescentibus armatum. *Caput* discretum subglobosum aculeatum. *Os* terminale bilabiatum. *Extremitas* caudalis maris spiralis, vagina penis bipartita cruribus linearibus; feminae subrecta apertura genitali retrorsum sita. — *Mammalium* et *piscium* endoparasita.

Nota. Secundum opinionem cel. *Owen* os in animale vivo labio cir-

Digitized by Google

cular tumido integro, tubulo protractili et processibus duobus corneis maxillaeformibus lateralibus instructum, quod in verme mortuo dissecto non vidi.

1. Cheiracanthus robustus *DIESING.*

Corpus rectum retrorsum attenuatum spinulosum, spinulis anterioribus 3—4-dentatis dentibus subaequalibus, subsequentibus 2—1-dentatis, posterioribus tandem evanescentibus; extremitate caudali maris spiraliter involuta excavata, papillis marginalibus utrinque 3, pene subulato; feminae inflexa. Longit. 5—6‴; crassit. 1‴.

Liorhynchi species? *Rudolphi*: Synops. 710.

Gnathostoma spinigerum *Owen*?: in London and Edinburgh philosoph. mag. series 3. Jun. 1837. 65. Suppl. 139. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1838. 131. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 287.

Cheiracanthus robustus *Diesing*: in Bericht über die XV. Versamml. deutsch. Naturf. u. Aerzte. 189. et in: Annal. d. Wien. Mus. II. 222. Tab. XIV. 1—7. et Tab. XVI. 1—24. (anatom.) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 286.

Habitaculum. *Felis Catus fer.*: inter tunicas ventriculi, aestate. M. C. V. — *F. concolor*: in ventriculo libere aut tuberculo inclusus, Majo, in Brasilia (*Natterer*). — *F. Tigris*: in ventriculo, Londini (*Owen*). M. C. V.

2. Cheiracanthus gracilis *DIESING.*

Corpus maris rectum subaequale; feminae arcuatim curvatum, retrorsum parum attenuatum, spinulis anterioribus 5—4-dentatis, dente intermedio longiore, subsequentibus 3—2-dentatis, tandem simpliciusculis, in medio corporis evanescentibus; extremitate caudali maris semel spiraliter torta, pene subulato; feminae subrecta obtusiuscula. Longit. $1\frac{2}{3}$‴; crassit. 1‴.

Cheiracanthus gracilis *Diesing*: in Bericht. über die XV. Versamml. deutsch. Naturf. u. Aerzte. 189. et: in Annal. d. Wien. Mus. II. 225. Tab. XIV. 8—11. et Tab. XVII. 1—20. (anatom.) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 286.

Habitaculum. *Vastres Cuvieri*: in intestinis, Januario, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Digitized by Google

XXXVII. LECANOCEPHALUS *DIESING.*

Corpus subcylindricum spinulosum. *Caput* discretum obtuse subtriquetrum, patellaeforme. *Os* terminale trilabiatum, labiis patentibus. *Extremitas* caudalis maris obtusa, vagina penis bipartita cruribus ensiformibus; feminae recta, apertura genitali... *Piscium* brasiliensium endoparasita.

1. Lecanocephalus spinulosus *DIESING.*

Corpus subrectum, extremitatibus incrassatum, antice obtusatum, postice acuminatum, extremitate caudali maris inflexa; feminae rotundata mucrone terminali. Longit. mar. 6—8‴; fem. 10—12‴; crassit. 1‴.

Lecanocephalus spinulosus *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. II. 227. Tab. XIV. 12—20. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 288.

Habitaculum. *Vastres Cuvieri*: in ventriculo, Januario et Aprili, in Brasilia (*Natterer*), M. C. V.

XXXVIII. EUCAMPTUS *DUJARDIN.*

Corpus capillare. *Caput* obtusum papillis lateralibus. *Os* terminale orbiculare nudum. *Extremitas* caudalis obtusa, maris subtus papillosa laxe spiraliter torta, pene in vagina bipartita; feminae apertura genitalis pone caput. — *Avium* endoparasita.

1. Eucamptus obtusus *DUJARDIN.*

Longit. mar. $4\frac{4}{5}$‴, crassit. $\frac{1}{5}$‴; fem. 8‴, crassit. $\frac{1}{4}$‴.

Eucamptus obtusus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 106.

Habitaculum. *Caprimulgus europaeus*: in oesophago. Mus. Paris.

XXXIX. TRICHOSOMUM *RUDOLPHI.*

Filaria *Frölich.* — Capillaria *Zeder.* — Trichocephalus et Linguatula *Schrank.* — Hamularia et Trichosoma *Rudolphi.* — Calodium, Liniscus, Thominx et Eucoleus *Dujardin.*

Corpus capillare, utplurimum longum, haud raro contortum. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale orbiculare minimum.

Digitized by Google

Penis filiformis, in vagina tubulosa inermi aut echinata; feminae apertura genitalis in posteriore corporis parte.

Nota. Maribus rarissimis characteres specierum adhuc vagi.

Conspectus dispositionis specierum.

SECTIO I. GYMNOTHECAE.

Vagina penis inermis.

Vagina penis haud striata Sp. 1—11.
Vagina penis transverse v. transverse ac oblique simul striata.
* Corpus aequale (Calodium *Dujardin*).
Sp. 12—17.
** Corpus antrorsum increscens (Liniscus *Dujardin*).
Sp. 18.

SECTIO II. ECHINOTHECAE.

Vagina penis echinata.

Apex caudalis dilatatus lobatus (Thominx *Dujardin*) Sp. 19—20.
Apex caudalis nec dilatatus nec lobatus (Eucoleus *Dujardin*) Sp. 21-22.

SECTIO I. GYMNOTHECAE.

Vagina penis inermis.

α. Vagina penis haud striata.

1. Trichosomum exiguum *DUJARDIN.*

Corpus retrorsum sensim increscens, extremitate caudali maris alata et lobata, vagina penis inermi, haud striata; feminae conica recta. Longit. mar. $3\frac{1}{2}'''$; fem. $7\frac{1}{2}'''$.

Capillaria Erinacei europaei Cat. Ent. Vind. 26.
Trichosoma Erinacei *Rudolphi*: Synops. 14. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 476.
Trichosomum exiguum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 9.

Habitaculum. *Erinaceus europaeus*: in intestinis tenuibus, omni anni tempore, excepto hieme (*Bremser*), Martio et Aprili, Remi (*Dujardin*), in ventriculo, in Hibernia (*Bellingham*). M.C.V.

Digitized by Google

2. Trichosomum contortum *CREPLIN.*

Corpus utrinque attenuatum, medio crassius, extremitate caudali maris apice oblique truncata, vagina penis inermi, haud striata; feminae obtusa. Longit. mar. 6—7‴; fem. 8—12‴.

Trichosomum contortum *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 278. — et in *Wiegmann's* Arch. 1846. 134. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 12.

Habitaculum. *Falco Buteo.* — *Vanellus cristatus.* — *Tringa pugnax.* — *Recurvirostra Avocetta.* — *Charadrius Hiaticula.* — *Uria Grylle.* — *Corvus Cornix*, saepissime Februario, Gryphiae (*Creplin*). — *C. frugilegus*, Majo (*Diesing*). — *Larus canus*: in eorum oesophago (*Creplin*). M. C. V.

3. Trichosomum obtusum *RUDOLPHI.*

Corpus retrorsum increscens, extremitate caudali obtusissima, vagina penis triquetra, inermi, haud striata. Longit. mar. ad 6‴; fem. 10—14‴.

Filaria Strigis *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 21—23. Tab. I. 10—12.
Trichocephalus tenuissimus *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 2. 4—6. — Ej. Entoz. hist. II. 87.
Trichosoma obtusum *Rudolphi*: Synops. 13. et 220. — *Mehlis*: in Isis. 1831. 74. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 14. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 130.
Trichosoma obtusum? *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 476.

Habitaculum. *Strix passerina* (*Frölich*). — *S. Bubo*, Julio, Gryphiae (*Rudolphi*). — *S. Aluco*, hieme et vere. — *S. Tangmalmi*, vario anni tempore. — *S. Otus*, hieme et vere (*Bremser*). — *S. flammea*, Remi (*Dujardin*). — *Falco Lagopus* (*Mehlis*): in earum intestinis coecis. M. C. V.

Confer. Trichosomum Falconum Sp. 32.

4. Trichosomum inflexum *RUDOLPHI.*

Corpus retrorsum increscens, extremitate caudali maris inflexa, vagina penis inermi, haud striata; feminae obtusa. Longit. mar. 6—8‴; fem. 10—12‴.

Capillaria Turdi Cat. Ent. Vind. 26.
Trichosoma Turdi *Rudolphi*: Synops. 15.

Digitized by Google

Trichosoma inflexum *Rudolphi*: Synops. 13. et 231. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. I. 12—15. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 14.
Trichosomum inflexum? *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 476.

Habitaculum. *Turdus cyaneus*, Septembri, Neapoli (*Natterer*). — *T. viscivorus*, hieme (*Bremser*), in Hibernia (*Bellingham*): in eorum intestinis crassis. M. C. V.

5. Trichosomum exile *DUJARDIN.*

Corpus subaequale (caput papilla terminali truncata?), extremitate caudali maris arcuata, alata, vagina penis arcuata, inermi, haud striata; feminae obtusa. Longit. mar. 3—4"; fem. 4—5".

Trichosomum exile *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 15.

Habitaculum. *Turdus Merula*: in intestinis, Remi, Martio et Aprili (*Dujardin*).

6. Trichosomum rigidulum *DUJARDIN.*

Corpus retrorsum increscens, extremitate caudali obtusa, maris vagina penis triquetra rigida inermi, haud striata. *Ovula* testa granulosa. Longit. mar. 5"; fem. 11".

Trichosomum rigidulum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 15.

Habitaculum. *Accentor modularis*: in intestinis, Decembri, Martio et Aprili, Remi (*Dujardin*).

7. Trichosomum curvicauda *DUJARDIN.*

Corpus retrorsum increscens, extremitate caudali maris reflexa apice inflata, vagina penis triquetra inermi, haud striata; feminae obtusa. Longit. mar. $2\frac{2}{5}$"; fem. $2\frac{4}{5}$".

Capillaria Hirundinis rusticae Cat. Ent. Vind. 26.
Trichosoma Hirundinis *Rudolphi*: Synops. 15.
Trichosomum curvicauda *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 16.

Habitaculum. *Hirundo rustica*, vere (*Bremser*). — *Cypselus apus*, Majo, Remi (*Dujardin*): in intestinis. M. C. V.

8. Trichosomum angustum *DUJARDIN.*

Corpus retrorsum decrescens, extremitate caudali maris oblique truncata, vagina penis triquetra inermi, haud striata: feminae obtusa. Longit. mar. 5"; fem. 6".

Digitized by Google

Capillaria Fringillae coelebis Cat. Ent. Vind. 26.
Trichosoma Fringillae *Rudolphi*: Synops. 15.
Trichosomum angustum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 16.

Habitaculum. *Fringilla coelebs*, vere (*Bremser*), Novembri et Martio, Remi (*Dujardin*): in intestinis. M.C.V.

9. Trichosomum resectum *DUJARDIN.*

Corpus ..., extremitate caudali maris oblique truncata, vagina penis angulosa rigida inermi, haud striata; feminae obtusa. Longit. mar. 5—6‴; fem. ultra 6‴.

Capillaria *Zeder*: Naturg. 60. §. 101.
Capillaria Corvi Monedulae Cat. Ent. Vind. 26.
Trichosoma Corvorum *Rudolphi*: Synops. 15. et 223.
Trichosomum Corvi Monedulae *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 477.
Trichosomum resectum *Dujardin*: in Annal. des sc. nat. 2. sér. XX. Tab. XIV. D. — Ejus: Hist. nat. des Helminth. 17. Tab. II. B. et D.

Habitaculum. *Corvus Caryocatactes* (*Zeder*). — *C. Monedula*, hieme (*Bremser*), in Hibernia (*Bellingham*), Martio et Octobri, Remi (*Dujardin*). — *C. Pica*, vario anni tempore, M. C. V.; Remi, Octobri (*Dujardin*). — *C. glandarius*, Septembri et Octobri. — *C. frugilegus*, Aprili, Remi (*Dujardin*): in eorum intestinis. M. C. V.

10. Trichosomum obtusiusculum *RUDOLPHI.*

Corpus retrorsum increscens, extremitate caudali incurvata obtusa, maris vagina penis incurvata inermi, haud striata. Longit. mar. 5—7‴; fem. 12—18‴.

Trichosoma obtusiusculum *Rudolphi*: Synops. 13. et 220. — *Mehlis*: in Isis. 1831. 73. Tab. II. 3. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 20.

Habitaculum. *Ardea Grus*: inter tunicas ventriculi et in intestino crasso, vere (*Bremser*); Clausthaliae (*Mehlis*). M. C. V.

11. Trichosomum brevicolle *RUDOLPHI.*

Corpus retrorsum increscens, extremitate caudali obtusa, vagina penis inermi, haud striata. Longit. mar. 5—6‴; fem. 10—12‴.

Trichocephalus Anatis *Schrank*: in Vet. Acad. N. Handl. 1790. 119.

Digitized by Google

Linguatula trichocephala *Schrank*: Samml. nat. Aufs. 232.
Capillaria tumida *Zeder*: Naturg. 61. Tab. I. 8. 9.
Trichocephalus capillaris *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 86.
Trichosoma brevicolle *Rudolphi*: Synops. 13. — *Mehlis*: in Isis. 1831. 74. Tab. II. 4. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 21.

Habitaculum. *Anas Anser dom.*, vario anni tempore (*Schrank*, *Nitzsch* et *Bremser*). — *A. Querquedula*, Junio et Julio (*Zeder*). — *A. glacialis*. — *A fusca* et *Mergus Serrator*, Clausthaliae (*Mehlis*): in eorum intestino coeco. M. C. V.

β. Vagina penis transverse v. transverse ac oblique simul striata.

* Corpus aequale (Calodium *Dujardin*).

12. Trichosomum (*Calodium*) **splenaceum** *DUJARDIN.*

Corpus aequale, extremitate caudali maris alata lobata, vagina penis inermi, transverse ac oblique striata; feminae obtusa oblique truncata. Longit. mar. 5—6‴; fem. 11—16‴.

Trichosomum splenaceum *Dujardin*: in Annal. des sc. nat. 2. sér. XX. 332. Tab. XIV. a.
Calodium splenaceum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 25. Tab. I. a.

Habitaculum. *Sorex araneus*: in ventriculo et duodeno, demum omentum peragrans in lienis tuberculis nidulans, Remi (*Dujardin*).

13. Trichosomum (*Calodium*) **Plica** *RUDOLPHI.*

Corpus aequale, extremitate caudali maris appendice terminali, vagina penis inermi, transverse ac oblique striata; feminae obtusa. Long. mar. 5—6‴; fem. 12—16‴.

Trichosoma Plica *Rudolphi*: Synops. 14. et 222. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 476.
Trichosoma Canis Vulpis *Rayer*: in Arch. de méd. comp. 1843. No. 3. 182. Tab. VII. 1—11.
Calodium Plica *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 26.

Habitaculum. *Canis Vulpes*: in vesica urinaria (complura in globulum inextricabilem convoluta), Januario, Berolini (*Rudolphi*), in Hibernia (*Bellingham*), Parisiis, Septembri et Januario (*Rayer*). — *C. familiaris*, ibidem (*Bellingham*).

Digitized by Google

14. Trichosomum (*Calodium*) **annulosum** *DIESING.*

Corpus aequale, antrorsum manifeste annulatum, extremitate caudali maris biloba alata, vagina penis inermi, transverse striata; feminae obtusa. Longit. mar. 6‴; fem. 9‴.

Trichosoma Muris decumani *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 476.

Calodium annulosum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 27.

Trichosoma Muris decumani? *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 11.

Habitaculum. *Mus decumanus*: in intestinis tenuibus, in Hibernia (*Bellingham*), Februario. — *M. Rattus*, Januario: in intestinis, Remi (*Dujardin*).

15. Trichosomum (*Calodium*) **longifilum** *DIESING.*

Corpus aequale, extremitate caudali maris lobata, alata, vagina penis longissima filiformi, inermi, transverse striata. Longit. 7‴.

Calodium longifilum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 27.

Habitaculum. *Accentor modularis*: in intestinis, Remi (*Dujardin*).

16. Trichosomum (*Calodium*) **ornatum** *DUJARDIN.*

Corpus aequale, obsolete annulatum, fasciis duabus longitudinalibus granulatis, extremitate caudali maris incurvata, vagina penis inermi, transverse striata; feminae angusta, obtusa. Longit. mar. 5‴; fem. 8‴.

Trichosoma ornatum *Dujardin*: in Annal. des sc. nat. 2. sér. XX. Tab. XIV. B.

Calodium ornatum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 28. Atlas. Tab. I. B.

Habitaculum. *Anthus pratensis*, in intestinis, Remi (*Dujardin*).

17. Trichosomum (*Calodium*) **tenuissimum** *DIESING.*

Corpus aequale, extremitate caudali maris oblique truncata, vagina penis inermi, transverse striata; feminae obtusa. Longit. mar. $4\frac{1}{2}$‴; fem. 8‴.

Digitized by Google

Trichosoma Columbae Cat. Ent. Vind. msc. — *Rudolphi*: Synops. 15. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 477.
Calodium tenue *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 28.

Habitaculum. *Columba domestica*, omni anni tempore (*Bremser*). — *C. Livia*, in Hibernia (*Bellingham*): in intestinis crassis. M. C. V.

** Corpus antrorsum increscens (Liniscus *Dujardin*).

18. Trichosomum (*Liniscus*) **incrassatum** *DIESING*.

Corpus antrorsum subito increscens, extremitate caudali maris oblique truncata, vagina penis inermi, transverse striata: feminae rotundata. Longit. mar. $4\frac{1}{2}'''$; fem. 6'''.

Liniscus exilis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 29.

Habitaculum. *Sorex tetragonurus*: inter tunicas testiculorum, Aprili, Remi (*Dujardin*).

SECTIO II. ECHINOTHECAE.

Vagina penis echinata.

a. Apex caudalis dilatatus lobatus (Thominx *Dujardin*).

19. Trichosomum (*Thominx*) **Manica** *DIESING*.

Corpus retrorsum sensim increscens, extremitate caudali maris truncata, triloba, utplurimum recurvata, vagina penis triquetra echinata. Longit. 6'''.

Thominx Manica *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 22.

Habitaculum. *Fringilla coelebs*: in intestinis, Martio, Remi (*Dujardin*).

20. Trichosomum (*Thominx*) **tridens** *DIESING*.

Corpus subaequale, extremitate caudali maris truncata calyciformi triloba, lobis triangularibus, vagina penis triquetra echinata. Longit. $4\frac{1}{2}'''$.

Thominx tridens? *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 23.

Habitaculum. *Sylvia Luscinia*: in intestinis, Majo, Remi (*Dujardin*).

Digitized by Google

β. Apex caudalis nec dilatatus nec lobatus (Eucoleus *Dujardin.*)

21. Trichosomum (*Eucoleus*) aërophilum *CREPLIN.*

Corpus retrorsum increscens, extremitate caudali maris incurvata truncata, vagina penis echinata; feminae obtusa truncata. Longit. mar. 10‴; fem. $1\frac{1}{2}$″.

Trichosomum aërophilum *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXII. 278. et in *Wiegmann's* Archiv 1849. I. 55.
Trichosoma aërophilum *Blanchard*: in Règne anim. nouv. éd. Zooph. Tab. XXV. 2. et Voyage en Sicile. Vers. Tab. XXIII. 2. — Idem in Annal. des sc. nat. III. sér. 193 - 194. (et anatom.)
Eucoleus aërophilus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 24.

Habitaculum. *Canis Vulpes*: in trachea, Februario et Octobri, Gryphiae (*Creplin*), Martio et Aprili, Remi (*Dujardin*).

22. Trichosomum (*Eucoleus*) tenue *DIESING.*

Corpus utrinque attenuatum, extremitate caudali maris attenuata oblique truncata, vagina penis echinata; feminae subulata. Longit. mar. 4—5‴; fem. 6—8‴.

Filaria Erinacei Cat. Ent. Vind. 24. — *Rudolphi*: Synops. 8.
Eucoleus tenuis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 24.

Habitaculum. *Erinaceus europaeus*: in bronchiis, vario anni tempore. M. C. V.

Species inquirendae.

I. Mammalium.

23. Trichosomum Vespertilionis *M. C. V.*

Trichosoma Vespertilionis Cat. Mus. Caes. msc. — *Rudolphi*: Synops. 14. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 9.

Habitaculum. *Vespertilio Noctula* et *discolor*: in intestinis, autumno et hieme. M. C. V.

24. Trichosomum Leporis (pulmonale) *DIESING.*

Corpus utrinque, antrorsum magis attenuatum. Longit. fem. 8‴—6″.

Filaria pulmonalis *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 18—20. — *Rudolphi*: Synops. 8. et 216.
Trichosomum Leporis? *Dujardin*: Hist nat. des Helminth. 10.

Digitized by Google

Habitaculum. *Lepus timidus*: in bronchiis, complura in globulos convoluta (*Frölich*), vario anni tempore. M. C. V.

25. Trichosomum Felis Cati *BELLINGHAM.*

Trichosoma Cati *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 476. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1845. II. 206.

Habitaculum. *Felis Catus fer.*: in vesica urinaria, in Hibernia (*Bellingham*).

26. Trichosomum entomelas *DUJARDIN.*

Corpus subaequale (intestino nigro sinuoso), extremitate caudali feminae recta obtusa. Longit. 5".

Trichosoma Putorii Cat. Mus. Caes. msc. — *Rudolphi*: Synops. 14.
Trichosoma Mustelae *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 476.
Trichosomum entomelas *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 10.

Habitaculum. *Mustela Putorius*: in duodeno, vere. M.C.V. — *M. Foina*, Remi, Februario (*Dujardin*). — *M. vulgaris*, in Hibernia (*Bellingham*): in intestinis. M. C. V.

27. Trichosomum crassicauda *BELLINGHAM.*

Corpus retrorsum sensim increscens, extremitate caudali feminae rotundata. Longit. fem. 5—7'''.

Trichosoma crassicauda *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 476.
Trichosomum Muris decumani *Rayer*: in Arch. de médic. comp. 1843. No. 3. 180. Tab. VII. 12—19.
Trichosomum crassicauda *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 11.

Habitaculum. *Mus decumanus*: in vesica urinaria, in Hibernia (*Bellingham*), Parisiis (*Rayer*).

28. Trichosomum Muris sylvatici *DUJARDIN.*

Corpus subaequale, extremitate caudali feminae truncata. Longit. fem. 10".

Trichosomum Muris sylvatici *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 11.

Habitaculum. *Mus sylvaticus*: in intestinis, Septembri, Remi (*Dujardin*).

Digitized by Google

29. Trichosomum Myoxi Nitelae *DUJARDIN.*

Corpus subaequale, extremitate caudali feminae parum angustata, obtusa. Longit. fem. ...

Trichosomum Myoxi Nitelae *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 12.

Habitaculum. *Myoxus Nitela*: in intestinis, Majo, Remi (*Dujardin*).

30. Trichosomum Lemmi *RETZIUS.*

Trichosoma *Retzius*: in *Müller's* Arch. 1841. 419.

Habitaculum. *Lemmus amphibius*, in ventriculo (*Retzius*).

II. Avium.

31. Trichosomum longicolle *RUDOLPHI.*

Corpus retrorsum increscens, extremitate caudali feminae obtusa emarginata. Longit. 1—3".

Gordius Gallinae *Goeze*: Naturg. 126. Tab. VII. B. 8—10.
Filaria Gallinae *Gmelin*: Syst. nat. 3040. — *Schrank*: Verz. 1. — *Zeder*: Naturg. 37.
Filaria Tetricis *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 28.
Linguatula unilinguis *Schrank*: Samml. 231.
Capillaria semiteres *Zeder*: Naturg. 61.
Hamularia nodulosa *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 89.
Trichosoma longicolle *Rudolphi*: Synops. 14. et 221. — *Mehlis*: in Isis. 1831. 74. — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 476. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 19.

Habitaculum. *Phasianus Gallus*: omni anni tempore (*Goeze*, *Bremser* et *Diesing*), in Hibernia (*Bellingham*). — *P. colchicus*, omni anni tempore (*Bremser* et *Diesing*). — *P. pictus*, Octobri (*Diesing*). — *Tetrao Tetrix*, Majo (*Frölich*). — *T. Urogallus*, vere (*Bremser*). — *Perdix cinerea*, vario anni tempore (*Bremser*), Remi (*Dujardin*): in eorum intestinis crassis et coecis. M.C.V.

32. Trichosomum Falconum *RUDOLPHI.*

Corpus retrorsum increscens subcompressum, extremitate caudali feminae obtusa. Longit. ad 1½".

Goeze: Naturg. 85. (Falconis Buteonis), 126. (F. Milvi).
Ascaris Milvi (partim) *Gmelin*: Syst. nat. 3033.

Digitized by Google

Cucullanus Buteonis *Gmelin*: Syst. nat. 3051.
Filaria Milvi *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 20. Tab. I. 7—9. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 13.
Dubium Falconis Milvi *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 378.
Dubium Falconis Buteonis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 379.
Trichosoma Falconum *Rudolphi*: Synops. 15. et 222.
Trichosomum Falconis Nisi *Dujardin*?: Hist. nat. des Helminth. 13. Tab. II. A. 4.
Trichosomum Falconis pygargi *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 14.

Habitaculum. *Falco Buteo*, Januario (*Goeze*). — *F. Milvus*, Februario (*Goeze* et *Frölich*): in intestinis crassis. — *F. Nisus*, Novembri, Remi et *F. pygargus*, Januario (*Dujardin*): in intestinis.

Confer Trichosomum obtusum Sp. 3.

33. Trichosomum dispar *DUJARDIN.*

Corpus subaequale, supra aperturam genitalem femineam subito inflatum, extremitate caudali feminae obtusa oblique truncata. Longit. 12‴.

Trichosomum contortum *Dujardin*; in Ann. des sc. nat. 2. sér. XX. Tab. XIV. C. 1—2.
Trichosomum dispar *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 13. Tab. II. A.

Habitaculum. *Falco Subbuteo*: in oesophago, Septembri, Remi (*Dujardin*).

34. Trichosomum Picorum *M. C. V.*

Trichosoma Picorum Cat. Ent. Vien. msc. — *Rudolphi*: Synops. 15. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 18.

Habitaculum. *Picus canus*, autumno. — *P. viridis*, hieme. — *P. major*, hieme (*Bremser*), Februario, Remi (*Dujardin*): in eorum intestinis. M. C. V.

Nota. Ad Trichosomum angustum (Sp. 8.) aut resectum (Sp. 9.) forsan referendum.

35. Trichosomum Alaudae *M. C. V.*

Trichosoma Alaudae Cat. Ent. Vien. msc. — *Rudolphi*: Synops. 15. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 16.

Habitaculum. *Alauda arvensis*: in intestinis crassis, vere. M. C. V.

Digitized by Google

36. Trichosomum Caprimulgi *M. C. V.*

Trichosoma Caprimulgi Cat. Ent. Vind. msc — *Rudolphi*: Synops. 15. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 16.

Habitaculum. *Caprimulgus europaeus*: in intestinis, vere. M. C. V.

An Trichosomum curvicauda *Dujardin*. Sp. 7.?

37. Trichosomum Crypturi *RUDOLPHI*:

Synops. 636. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 20.

Habitaculum. *Tinamus Tao*: in intestinis, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

38. Trichosomum protractum *DUJARDIN.*

Corpus retrorsum increscens. Longit. fem. 12—14".

Trichosoma Vanelli Cat. Ent. Vind. msc. — *Rudolphi*: Synops. 15.
Trichosomum protractum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 20.

Habitaculum. *Vanellus cristatus*: in intestinis, vere et aestate. M. C. V.

39. Trichosomum Charadrii *RUDOLPHI.*

Trichosoma Charadrii Cat. Ent. Vind. msc. — *Rudolphi*: Synops. 16. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 20.

Habitaculum *Charadrius minor*, vere. — *Himantopus melanopterus*, vere: inter tunicas ventriculi. M. C. V.

40. Trichosomum Carbonis *RUDOLPHI.*

Capillaria Pelecani Carbonis Cat. Ent. Vind. 26.
Trichosomum Carbonis *Rudolphi*: Synops. 16. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 21.

Habitaculum. *Carbo Cormoranus*: in intestinis, aestate. M. C. V.

III. Amphibiorum.

41. Trichosomum Tritonis punctati *DUJARDIN.*

Corpus subaequale. Longit. fem. 6—7".

Digitized by Google

Trichosomum Tritonis punctati *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 21. Tab. II. F. (ovulum).

Habitaculum. *Lissotriton* (*Triton*) *punctatus*: in intestinis, Majo et Junio, Medoniae (*Dujardin*).

42. Trichosomum Crotali *RUDOLPHI.*

Capillaria Crotali Durissi Cat. Ent. Vind. 26.

Trichosoma Crotali *Rudolphi*: Synops. 16. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 21.

Habitaculum. *Urocrotalon catesbyanum*: in intestinis. M. C. V.

IV. Piscium.

43. Trichosomum tomentosum *DUJARDIN.*

Corpus tomentosum retrorsum increscens, vitta longitudinali granulosa, extremitate caudali feminae obtusa. Longit. fem. 4"—1".

Trichosomum Cyprini *Creplin*: Nov. Obs. 2. — *Mehlis*: in Isis. 1831. 74.

Trichosomum tomentosum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 22. Tab. II. E.

Habitaculum. *Cyprini sp. inc.*: in intestinis, Januario, Gryphiae (*Creplin*). — *Leuciscus Idus* et *erythrophthalmus*, Octobri, Remi (*Dujardin*).

Nota. In intestinis Cyprini Grislaginis Anguillulae speciem deglutitam ipse Majo semel offendi.

44. Trichosomum gracile *BELLINGHAM*:

in Ann. of nat. hist. XIV. 477.

Habitaculum. *Merlucius vulgaris*: in intestinis, in Hibernia (*Bellingham*).

XL. FILARIA *MÜLLER.* Charact. reform.

Lumbricus *Redi.* — Dracunculus *Velsch.* — Ascaris *Pallas.* — Gordius *Goeze.* — Fusaria et Tentacularia *Zeder.* — Thelazia *Bosc.*

Corpus filiforme utplurimum longissimum. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale haud labiatum v. labiatum, inerme v.

Digitized by Google

spinulis s. dentibus (papillis *Auctorum*) armatum. *Penis* filiformis in vagina tubulosa v. ligulaeformi; feminae apertura genitalis in anteriore corporis parte. *Oviparae* v. *viviparae*. — *Animalium vertebratorum* praeprimis *mammalium* et *avium* rarius *amphibiorum* et dubie *piscium* endoparasitae, excepto tractu intestinali in organis variis obviae.

Obs. Filariae extra corpus animale nunquam obviae; aëri expositae exsiccant; aquae impositae subito disrumpunt. Contrarium confer in nota ad *Gordium Setam* pag. 86.

Conspectus dispositionis specierum.

SECTIO I. ACHEILOSTOMI.

Os haud labiatum, inerme aut armatum.

Os inerme Sp. 1—11.
Os armatum Sp. 12—21.

SECTIO II. CHEILOSTOMI.

Os bi- aut trilabiatum, labiis inermibus aut armatis.

* *Dicheilostomi*. Os bilabiatum, labiis inermibus aut armatis.
Os labiis inermibus Sp. 22—26.
Os labiis armatis Sp. 27—28.
** *Tricheilostomi*. Os trilabiatum Sp. 29.

SECTIO I. ACHEILOSTOMI.

Os haud labiatum, inerme aut armatum.

a. Os inerme.

1. Filaria crassicauda *CREPLIN*.

Os transverse subellipticum, inerme. *Corpus* longissimum, extremitate caudali maris spiraliter involuta; feminae incrassata, recta, obtusa. Longit. mar. $6\frac{1}{2}''$; fem. 12—13''; crassit. vix 1'''.

Filaria crassicauda *Creplin*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIV. 2. 873. Tab. LII. 1—8. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 50. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. 1846. I. Sect. XLIV. 172.

Habitaculum. *Balaena borealis*: in corporibus cavernosis penis, Aprili, Rugiae (*Rosenthal*).

Digitized by Google

2. Filaria lentis *DIESING.*

Os orbiculare, inerme. *Corpus* breve subaequale, spiraliter involutum, extremitate caudali maris ...; feminae clavata apice mucronata. Longit. $\frac{3}{4}$—$5\frac{1}{2}$'''; crassit. vix $\frac{1}{8}$'''.

Filaria oculi humani *Nordmann*: Micrograph. Beitr. I. 7. II. IX. — *Gescheidt*: in *Ammons* Zeitsch. f. Ophthalmol. III. 4. 16. et 32. — *Froriep's* Notiz. XXXIX. 53. — *Ammon*: Klinisch. Darstell. d. Krankh. d. menschl. Aug. I. 37. Tab. XII. 22—23. (fragmentum). III. 72. Tab. XIV. 21. (individuum integrum). — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1839. I. 2. 158.

Habitaculum. *Homo*: in humore Morgagni lentis cataractosae (*Nordmann* et *Fried. Ammon*), in lente cataracta viridi alienata, Majo, Berolini (*Jünkens*).

3. Filaria lacrymalis *GURLT.*

Os orbiculare, inerme. *Corpus* filiforme utrinque attenuatum, extremitate caudali maris semispirali. *Vivipara.* Longit. mar. 5—6'''; fem. 7—8'''.

Boneti: Sepucret. Lib I. Sect. XVIII. Obs. VI. 331.
Schulzius: in Ephem. Nat. Cur. Dec. I. Ann. 2. 43.
Thelazia Rhodesii *Bosc*: in Journ. de physique. 1810. 214. et in: Dict. des sc. nat. LIII. 440.
Filaria lacrymalis *Gurlt*: Path. Anat. I. 347. Tab. V. 1—6. — *Gescheidt*: in *Ammon's* Zeitsch. f. Ophtalmol. III. 40. — *Gerber*: Handb. d. allgem. Anatom. 1840. 211. Tab. VII. 235. 236. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. 1846. I. Sect. XLIV. 172.

Habitaculum. *Equus Caballus* et *Bos Taurus dom.*: in ductibus efferentibus carunculae lacrymalis, interdum inter palpebras et oculi bulbum (*Rhodes* et *Gurlt*).

4. Filaria laevis *CREPLIN.*

Os minimum, inerme. *Corpus* longissimum, gracillimum, retrorsum sensim attenuatum, laeve, apice rotundatum rigidulum, subfuscum, extremitate caudali maris spiraliter torta anfractibus 3—4, utrinque alata, alis angustis semilanceolatis transverse costatis, subtus papillarum serie ornata; feminae subrecta, apice obtusa papillis 1—3. Longit. mar. 8'''—1'''3'''; fem. $2\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$'''.

Digitized by Google

Filaria laevis *Creplin*: in *Burmeister's* Beitr. z. näh. Kenntn. d. Gattung *Tarsius* im Anhange.

Habitaculum. *Tarsius Spectrum*: in tela cellulosa subcutanea (*Burmeister*).

5. Filaria attenuata *RUDOLPHI*.

Os orbiculare, inerme. *Corpus* longissimum retrorsum attenuatum, utrinque obtusum, extremitate caudali maris inflexa, complanata; feminae subrecta. *Vivipara*. Longit. mar. 1—2"; fem. 4—6"; crassit. $\frac{1}{3}$'''.

Velsch: De vena medinensi. 137.

Lombrichi *Redi*: Anim. viv. 145—147. et 150. vers. 216—219. et 263.

Ascarides *Pallas*: N. Nord. Beytr. I. 1. 83.

Ascaris Aquilae *Gmelin*: Syst. nat. 3033.

Filaria Falconis *Gmelin*: Syst. nat. 3040. — *Zeder*: Naturg. 38. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 70.

Filaria Cornicis *Gmelin*: Syst. nat. 3040. — *Zeder*: Naturg. 39. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 70.

Filaria Strigis *Gmelin*: Syst. nat. 3040. — *Zeder*: Naturg. 38. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 71.

Fusaria Aquilae *Zeder*: Naturg. 118.

Filaria Aquilae *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 70.

Filaria attenuata *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 2. 2. — Ej. Entoz. hist. II. 58. et Synops. 4. et 208. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. I. 6—7. — *Alessandrini*: in Isis. 1843. 530. (vivipara). — *Bellingham*: in Ann. of nat. hist. XIV. 475. — *Ecker*: in *Müller's* Arch. 1845. 501 505. Tab. XV. Fig. 1. 2. et 506—507. Tab. XV. Fig. 3—4. (de syst. vas.); ej. in: Bericht. über d. Verhand. d. naturf. Gesellsch. z. Basel. 1847. 92—93. (de evolutione). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 50. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. 1846. I. Sect. XLIV. 172. — *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. 3. sér. XI. 156—157. (cum anatom.) Tab. VI. 4.

Habitaculum *Falco peregrinus*: in abdomine, omni fere anni tempore (*Rudolphi, Nitzsch, Bremser, Bellingham* et pl alii), Martio, in Brasilia (*Natterer*). — *F. cyaneus*: in auribus et naribus, autumno. — *F. lanarius*: in abdomine, vere et autumno. — *F. Lithofalco*: ibidem, autumno. — *F. Subbuteo*: in thorace, vario anni tempore. M. C. V. — *F. Swainsonii*: in cavo orbitae, Martio; inter musculos maxillae inferioris, Julio, in Brasilia (*Natterer*). — *Strix brachyotus*: in auribus, vario anni tempore, M. C. V.; ad basim linguae (*Mehlis*). — *S. Suinda*: ad

Digitized by Google

collum, Januario. — *S. torquata* et *S. perlata*: in abdomine, Octobri, in Brasilia (*Natterer*). — *Corvus Cornix*: in abdomine, Novembri, Gryphiae (*Rudolphi*), omni anni tempore (*Bremser*). — *C. Caryocatactes*: ibidem, autumno et hieme. — *C. Corax*: in auribus, hieme et vere. — *C. Corone*, autumno et hieme. — *C. frugilegus*, vario anni tempore frequens (*Bremser*), in Helvetia (*Ecker*). — *C. glandarius*, autumno et hieme. — *C. Monedula*, vere. — *C. Pica*, autumno. — *C. Pyrrhocorax*, vere (*Bremser*): in eorum abdomine. M. C. V.

Nota. Cl. *Ecker* vermiculos $\frac{1}{24}$''' longos, $\frac{1}{900}$ — $\frac{1}{600}$''' crassos, tractu cibario et organis genitalibus destitutos, gregarie in sanguine cordis et in vasis pulmonalibus *Corvi frugilegi* viventes, cum aliis ad ventriculum, intestina et mesenterium obviis (circa 1'' longis, in capsulis seu in vesiculis $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{6}$''' magnis solitarie, per paria v. pluribus convolutis inclusis, tractu cibario instructis, organis tamen genitalibus destitutis) pro individua *Filariae attenuatae* in cavo abdominali libere obviae, tractu cibario et organis genitalibus instructae, vario in gradu evolutionis versantis habet. — Praesumptio observatione directa nondum confirmata. In Gordiis saltem eo tempore, quo organis genitalibus internis adhuc carent, forma extremitatis caudalis jam ita praeformata ut maris futuri alia sit quam feminae.

6. Filaria obtusa *RUDOLPHI.*

Os orbiculare, inerme. *Corpus* longum aequale antice acutiusculum, extremitate caudali recta obtusa. Longit. mar. $1\frac{1}{2}$''; fem. ad 3''; crassit. $\frac{1}{2}$'''.

Filaria obtusa *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. 1. 2. 3. — *Zeder*: Naturg. 36. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 59. — Ej. Synops. 4. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 53. Tab. III. J. 1. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. 1846. I. Sect. XLIV. 172.

Habitaculum. *Hirundo rustica*, Majo, Gryphiae (*Rudolphi*), vere et aestate (*Bremser*). — *H. urbica*, vere et aestate. — *H. riparia*, aestate (*Bremser*). — *H. purpurea*, Decembri et *H. versicolor*, Junio, in Brasilia (*Natterer*): in earum abdomine. M. C. V.

7. Filaria unguiculata *RUDOLPHI.*

Os orbiculare, inerme. *Corpus* longum crassiusculum antrorsum magis attenuatum, antice obtusum, extremitate caudali maris ...; feminae reflexa unguiculata. Longit. ad 6''.

Digitized by Google

Dracunculus *Velsch*: De vena medin. 137. Fig. a. b. d.
Gordius *Goeze*: Naturg. 125.
Filaria Alaudae *Zeder*: Naturg. 39. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 72.
Filaria unguiculata *Rudolphi*: Synops. 4. et 209. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 54. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. 1846. I. Sect. XLIV. 172.

Habitaculum. *Alauda arvensis*: in abdomine (*Klug*).

8. Filaria affinis *RUDOLPHI.*

Os orbiculare, inerme. *Corpus* longum subaequale, antrorsum attenuatum apice truncatum, extremitate caudali maris ...; feminae obtusa. Longit. 1—3″; crassit. vix $\frac{1}{2}$‴.

Filaria affinis *Rudolphi*: Synops. 4. et 209. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 54. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. 1846. I. Sect. XLIV. 172.

Habitaculum. *Fringilla hispaniolensis*: in abdomine, Algesirae (*Natterer*). M. C. V.

9. Filaria abbreviata *RUDOLPHI.*

Os orbiculare, inerme. *Corpus* longum aequale antrorsum parum attenuatum, extremitate caudali recta obtusa. Longit. mar. 1″, fem. $1\frac{1}{2}$—2″; crassit. $\frac{1}{2}$‴.

Filaria abbreviata *Rudolphi*: Synops 4. et 210. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 52. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. 1846. I. Sect. XLIV. 172.
Filaria Turdorum *Rudolphi*: Synops. 9.
Filaria Motacillarum *Rudolphi*: Synops. 9.
Filaria Motacillae *Rudolphi*: Synops. 635.

Habitaculum. *Motacilla melanocephala*: in abdomine, aestate (*Bremser*). — *M. sp. No.* 144: in abdomine, in Brasilia (*Natterer*). — *Saxicola Oenanthe*, aestate. — *S. stapezina*: in cavo orbitae, vere. — *Sylvia rubecula*, autumno (*Bremser*). — *Turdus pilaris*. — *T. viscivorus*, vere et autumno: in eorum abdomine. M. C. V.

10. Filaria subspiralis *DIESING.*

Os orbiculare, inerme. *Corpus* retrorsum sensim attenuatum, extremitate caudali maris attenuata subspirali exca-

Digitized by Google

vata; feminae obtusiusculn. Longit. mar. 9‴, crassit. $\frac{1}{4}$‴; fem. 1—1$\frac{1}{2}$″, crassit. $\frac{1}{2}$‴.

Filaria Ardeae cinereae *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 72. — Ej. Synops. 9. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 56.

Habitaculum. *Ardea cinerea*: prope pedis tendinem (*Braun*), sub pelle femoris, vere. M. C. V.

11. Filaria rubella *RUDOLPHI.*

